

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Neunundzwanzigster Band.



Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.
1904.

XII.

Reise
nach Frankreich und Italien
im Sommer 1903.

Mit Beilagen.

Von

Jakob Schwalm.

Wenn ich im Folgenden die Ergebnisse meiner jüngsten Reise für Zwecke der Constitutiones-Ausgabe vorlege, so habe ich vor allem der Centraldirection dafür zu danken, dass mir nachträglich eine ganze Reihe von Collationen ermöglicht wurde, zum Theil für Stücke, die der Edition erst später zugewiesen worden waren und die jetzt bereits im Druck standen. Dass ich in Besançon, Nancy, Lille und Mons die Texte der Nummern 282. 283. 308. 309. 395—397. 402. 410. 448. 450. 451. 464 von Constitutiones III im wesentlichen verbessern und als Ineditum n. 404 zufügen konnte, ist allein diesem Entgegenkommen zu danken. Bethmanns ehemalige Collationen haben sich für die betreffenden Stücke als ganz unzulänglich erwiesen.

Im übrigen habe ich in Paris, Solothurn¹, Turin², Piacenza, Modena, Florenz, Siena und San Gimignano³ mit dem erwünschten Erfolge gearbeitet.

Noch für Rudolf war in Paris manches zu collationieren. Was ich dann sonst hier an neuen Stücken zu Tage förderte, übertraf alle meine Erwartungen und bedeutet einen reichen Beitrag zu meinen Sammlungen, den ich um so lieber vorlege, als es die Resultate einer letzten Reise für die Constitutiones sind.

Ich schulde allen Vorständen der von mir besuchten Archive und Bibliotheken lebhaften Dank für geneigte Förderung, in erster Linie aber der ausserordentlichen Liebenswürdigkeit von M. Henri Omont und M. Jos. Gauthier in Paris.

Ich gebe im Folgenden als Beilage I einen Theil der Stücke in rein chronologischer Folge. Abgesondert habe ich jedoch als Beilage II die Urkunden für die Delphine

1) Auch dem Archiv von Schloss Arlay (Dép. Jura) habe ich mit Erlaubnis des Besitzers Prinzen von Aremburg, die mir durch S. Durchlaucht den Fürsten Radolin und M. Léopold Delisle gütigst vermittelt wurde, einen Besuch abgestattet, ohne jedoch dort die erhofften, auf Johann von Chalon bezüglichen Documente zu finden. 2) Einige Collationen wurden in Mailand und Monza für die Sequenzen ausgeführt. 3) Hier collationierte ich aufs neue den Text von Constit. III, 261 n. 268, den der Druck bei Lami bis zur Unkenntlichkeit entstellt hat.

von Vienne aus einem Chartular der Pariser Nationalbibliothek; als Beilage III, welche die wichtigste ist, die Reihe der Briefe Clemens' V. an Philipp den Schönen aus dem Pariser Nationalarchiv; als Beilage IV eine Gruppe von Schreiben deutscher Fürsten an den König von Frankreich aus Cod. Par. lat. 10919. Endlich als Beilage V habe ich einige kürzere Notizen nach Archiven geordnet zusammengestellt.

Beilage I.

Königsurkunden und Acta imperii.

(1230) — 1340.

I. Propst und Capitel von Zürich an Capitel und Stadt Solothurn über Steuerfreiheit. (1230).¹

Or. Solothurn, Staatsarchiv, Stiftsarchiv
St. Urs n. 8/9.

Carissimis in Christo amicis venerando Solod(orensis) ecclesie preposito et capitulo, causidico cum universitate civium R. Turiensis^a prepositus et ipsum capitulum salutem in Domino cum serene voluntatis obsequio.

Ad petitionem vestram dignum duximus insinuare, quali gaudet ecclesia nostra Turicensis emunitate. Cives nostri et burgenses in omni negocio communitatis sue honorem^b ecclesie sue^c procurantes tanquam boni filii matrem suam Turicens(em) ecclesiam, prepositum et ipsos canonicos^d digna reverentia venerantur, scientes quod in honore sue ecclesie honor ipsorum civitatis et civium conservatur. Unde si quando contingit, quod ad munitiones suas vel necessitates alias exactiones faciant et collectas, nullam^e imponunt nobis necessitatem aut^f faciunt violentiam, ut de nostro communi aliquid ipsis auxilium faciamus. Maxime cum nova constitutio F. imperatoris omnes ecclesias exemerit ab huiusmodi exactionibus et tributis².

Reste des eingenähten Siegels am Pergamentstreifen.

a) So Or. b) Folgt radiertes 's' Or. c) 'sūe' Or. d) Ueber der Zeile Or.
e) Folgt getilgt 'nob7' Or. f) 'aūt' Or.

1) Der merkwürdige Brief, datumlos wie alle derartigen Schreiben jener Zeit, wird von Kopp zu 1230 gesetzt mit Rücksicht auf ein Schreiben des B. von Konstanz an die Züricher Bürger von 1230 Mai 22, das jenen verbietet, ihre Geistlichkeit zu besteuern. Reg. epp. Const. 1415. Kopp, Gesch. der eidgenöss. Bünde II, 2 S. 135 Anm. 3 citiert das Stück nach der deutschen Uebersetzung im Soloth. Wochenblatt 1872, S. 130. Das lateinische Or. war ihm nicht bekannt. 2) Herr Professor K. Zeumer bestätigt mich in der Meinung, dass sich dieser Satz auf keine der uns bekannten Constitutionen beziehen kann.

II. Hofgerichtsspruch für das Capitel von Solothurn.
1237 Jan. 13.¹Or. Solothurn, Staatsarchiv, Stiftsarchiv
St. Urs n. 7.²

O. dictus de Wilre³ imperialis curie iusticiarius omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem | cum sincero affectu.

Tenore presentium innotescat universis, quod constitutus in nostra presentia nobilis vir O. prepositus Solodren(sis)⁴ obtinuit coram nobis per sententiam generalem, quod homines ecclesie sue nisi cum mulieribus ad eandem ecclesiam pertinentibus matrimonium contrahere non tenentur. Si autem secus fecerint, condiciones sue transgressores non immerito iudicentur.

Dat. Ulme, anno Domini MCCXXXVII, in octava Epiphanie.

Geringe Reste des Siegels von weissem Wachs, dessen Durchmesser c. 6½ cm war, abhängig⁵.

III. König Rudolf empfiehlt König Philipp III. von Frankreich den Schutz der Abtei Orval. 1276 Febr. 2.⁶

Or. Paris, Archives nationales J. 1035 n. 32.

Illustri et magnifico principi domino . . Dei gracia Francorum regi suo predilecto amico Rudolphus eadem gracia Romanorum rex semper augustus salutem et integre dilectionis augmentum.

In regum thronis sublimibus et quibuslibet aliarum tribunalibus potestatum, que catholice fidei fulgor illuminat, ubi presertim locorum habilitate contigua vicinantur, ea precipue debet votorum vigere conformitas, ea convallescere debet indissociabilitas animorum, ut alterutrus

1) Citirt nach der deutschen Uebersetzung im Soloth. Wochenblatt 1811 S. 353 bei Kopp a. a. O. III, 2 S. 134 Anm. 7. Fehlt in Regesta imperii V. 2) Das Pergamentblatt ist 14 × 5,8 cm gross. 3) Ich lese die Initiale als 'O', jedenfalls nicht als 'C', wie das Soloth. Wochenblatt. Schwäbisches Rittergeschlecht; Stälin, Wirtemberg. Gesch. II, 597 führt es an und kennt von Namen Conrad und Otto. 4) Propst Otto von Neuenburg, der häufig erscheint. 5) Alte Beschreibung: 'Pendet magnum ovale cereum album sigillum, quod offert sedentem trono principem corona electorali (so über gestr. 'clericali') coopertum et chlamide amictum, qui gladium nudum dextera tenet. Adhuc haec leguntur circa † S TATIS'. 6) Reg. imp. VI, 511. Bisher nach dem Original noch nicht gedruckt.

inminente dispendio effectivo compassionis alterne solacio recreentur. Quod utique quia vestre serenitati libenter offerimus vobis et vestris in oportunitatibus profuturum, id ipsum a vobis sub firme spei fiducia non inmerito vice reciproca prestolamur. Sane porrecta nobis religiosorum virorum . . abbatis et conventus Auree Vallis Cysterciensis ordinis Treverensis dyocesis peticio continebat, ut cum ipsis a Romani imperii corde longe sepositis sub imperialis protectionis umbraculo respirare non liceat, malignorum in eos protervia seviente, apud vos eisdem dignaremur assistere, quod eorum quieti et paci velletis intendere cum effectum. Quia igitur de regali vestra benignitate confidimus, quod ex indito celitus vestris precordiis a clarorum progenitorum vestrorum propagacione sincere devocionis ardore super hoc pio negocio facile curas vestras et operas nostris desideriis applicetis, celsitudinem vestram attente rogandam duximus et hortandam, quatinus pro divina sacrique Romani imperii reverencia et pro salute, nostram in hoc casu absenciam supportantes predictis . . abbati et conventui vice nostra et auctoritate prefati imperii iuxta continenciam privilegiorum, que ipsis concessisse dinoscimur in personis et rebus quibuscumque, necnon super omnibus libertatibus sibi per quoscumque concessis et iuribus contra quoslibet, cuiuscumque condicionis existant, qui adversus eosdem violenter ac iniuriose protervant, salvo iure ipsius imperii, vestre gracie defensionis et oportune protectionis auxilium, patrocinium et levamen ex regia bonitate dignemini tam libenter quam liberaliter impertiri. Hoc enim procul dubio vobis cedet ad meriti cumulum apud Deum et apud homines ad magnifici nominis incrementum.

Datum Nurenberg, IIII. Non. Febr., indictione IIII, regni nostri anno tercio, anno^a vero dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto^a.

Reste des rothen Majestätssiegels an gelben Seidenfäden.

IV. Hofgerichtsspruch für das Capitel von Solothurn. 1291 März 3.¹

Transsumpt von 1318 Febr. 3² Solothurn,
Staatsarchiv, Stiftsarchiv St. Urs n. 83.

a) 'anno — sexto' mit wenig verändertem Ductus später hinzugefügt.

1) Reg. imp. VI, 2430. Das Original, das Kopp a. a. O. II, 3 S. 144 Anm. 3 beschreibt, habe ich nicht finden können. 2) Mit fol-

Ich Herman von Bönstetten der hofrichter mins herren des kûnges Rû. von Rome tûn kunt, daz her Thomas und her Ulrich von Brengarten zwene tûnherren von Solot(er)n komen ze Basil vûr gerichte und gerten ze ervarne an einer gemeiner urteilde an ir . . probstes und an ir . . capitels stat von Solot(er)n: ob die lûte, die ir gotishuses eigen sint, ob die fûr iemannen durch recht phant mugen gesin wan fûr si und fûr ir gotshus. Da fraget ich umbe vil erber ritter uf ir eit, waz recht darumbe were, die erteilten: daz des gotshuses lûte, alse vor geschriben ist, durch recht fûr nieman phant mugen gesin, wan dur die vorgeanten . . probst und tûnherren und fûr das gotshus ze Solot(er)n. Wan als verre were daz, daz des vorgeanten gotshuses ze Solot(er)n eigen lûte ieman^a keinen schaden teten durch ir vogtes willen oder durch ander lûte, swem der schade geschehe, der mag si wol darumbe mit rechte an sprechen.

Dirre brief wart gegeben ze Basel, an den samstage nach sant Mathias tage, in den achzehenden jare, do min herre der kûng Rû. von Rome wart gekrônêt.

V. Schreiben König Adolfs an Papst Bonifaz VIII.
1295 März 29.¹

Or. Mons, Archives de l'État 'Trésorerie des chartes' n. 188.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus devota pedum cum filialis obedicionis reverencia oscula beatorum.

Ammirabilis providencia summi regis ad regimen populorum duas in orbe terrarum constituit principaliter pote-

a) 'jieman' Or.

gendem Wortlaut: Noverint universi presentium inspectores vel auditores quod nos . . gardianus fratrum Minorum in Solodoro et . . conventus eiusdem loci vidimus et diligenter perlegimus litteras infrascriptas non abolitas non cancellatas nec in aliqua parte sui viciatas, sigillatas sigillo cereo domini Hermannii de Bönstetten iudicis curie domini R. regis Rom(anorum) in hec verba:

'Ich Herman von Bönstetten — wart gekrônêt'.

In cuius nostre visionis testimonium ad preces . . prepositi et . . capituli ecclesie Solodorensis sigillum nostrum appendimus huic scripto.

Dat. Solodori, crastino purificationis beate Marie, anno Domini MCCCXVIII.

Siegelrest von weissem Wachs abhângend.

1) Vgl. Reg. Ad. 454. Bisher ungedruckt. Beruht ganz auf Rudolfs Schreiben von 1287 März 27, Constit. III, 380 n. 396.

states, spiritualement videlicet et etiam temporalem, ut in eodem regimine altera subsidio alterius fulciatur et quod una per se in correptione subditorum adimplere non potest, per aliam suppleatur. Sane cum in sollempni curia apud Herbipolim per inclite recordacionis Rudolfum regem Romanorum illustrem nostrum predecessorem sollempnius celebrata per communem principum, comitum, nobilium et aliorum Romani imperii fidelium sententiam qui fuere presentes dictatum fuerit et obtentum, quod illi, qui proscriptionis sententiam in se animo indurato sustinuerunt per annum et amplius, invocato brachio ecclesiastico debeant excommunicationis sentencie innodari, ut eos qui rigore temporalis gladii non terrentur, ad bonum obediencie nervus revocet ecclesiastice discipline, sanctitatem vestram affectuose requirimus et rogamus vestre potestatis plenitudinem fiducialiter invocantes, quatinus iuxta vestri officii debitum, prout nobis et imperio tenemini auxilium exhibere, proscriptos huiusmodi ubicunque in imperii consistant districtibus generaliter in scriptis excommunicare dignemini et excommunicatos nunciari publice faciatis; mandantes nichilominus prelati, sub quorum iurisdiccione dicti proscripti aut eorum bona consistunt, prout per litteras nostras sibi constiterit, quod ipsos moneant, ut infra mensem post eorum monicionem a dicta proscriptione se liberari procurent, alioquin termino elapso dictos proscriptos, quos exnunc ut extunc in scriptis excommunicaveritis, nominaliter et expresse excommunicent et excommunicari faciant et eos ad desistendum a dicta proscriptione et resiliendum per censuram ecclesiasticam compellant, et sic illos, quos unius iurisdictionis coercio a malo non revocat, alterius saltem potestatis gladius a contumacia coerceat et peccato.

Dat. in Oppenheim, IIII. Kalen. Aprilis, indiccione VIII, anno Domini MCC nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tercio.

In verso: suplicatio regis ad (sic!) Adolphi ad dñm papam ut excommunicet proscriptos in generali.

Verletztes Siegel am Pergamentstreifen.

VI. Privileg König Adolfs für die Stadt Besançon. 1296 Sept. 22.¹

Transsumpt von 1434 Sept. 14 Besançon, Archives de la Ville AA I. 1 Layette 1.

1) Böhmer, Reg. Ad. 329. Vgl. N. A. XXVIII, 491. Die Ur-

Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Tociens regie celsitudinis ceptum extolitur alcius^a et status solidius sublimatur, quociens fidelium devotorum nota begnino recipiuntur affectu et [ad]^b ipsorum commoditates a[u]gendas graciosam protectionem principis invenitur. Cum enim omnis gloria sive potencia principatus in subditorum precipue consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et congruum, ut simus nostris et imperii fidelibus in iusticia faciles et in gracia liberales. Hinc est quod nos ad grates devocionis obsequia, que honesti cives Bisuntini nobis et imperio exhibent et inantea exhibere poterunt^c graciosiora, nostre serenitatis intuitum [convertentes]^b, ipsis et civitati Bisuntine subscripta de gracia regia duximus concedenda:

(1) Primo videlicet quod ipsa civitas et cives civitatis eiusdem exnunc habeant nostram gratiam et favorem ac eisdem suam malivolenciam, si quam incurrerunt ignoscimus mero corde, sententiam proscriptionis, si qua lata extitit contra ipsos occasione quacunque per nos et predecessores nostros, nichillominus revocantes et eandem revocatam publice nunciantes.

(2) Item recognoscimus ac eciam profitemur, quod ipsa universitas cives civitatis predictae necnon habitantes in ea sunt et esse debent per vim^d suarum libertatum tantummodo subdicti, nullo existente medio, imperatorie maiestati.

3. Item presentibus profitemur, quod status monete Bisuntine non potest nec mutari debet vel aliquo tempore per aliquem variari, sed semper stare debet in suo recto pondere necnon in suo iusto alligamento. Quod alligamentum est trium denariorum cum obolo ipsius monete Bisuntine, ipsum vero rectum pondus est septem et decem solidorum et quatuor denariorum ad marcam de Colonia. Nec extra civitatem Bisuntinam ipsa moneta potest aliquo modo fabricari.

4. Item dicti cives Bisuntini habent et habere debent custodiam clavium portarum et introit[u]m civitatis Bisuntine, qui nunc sunt vel esse poterunt in futurum.

1) 'arcus' Tr. b) Fehlt Tr. c) 'potuerunt' Tr. d) 'vin' Tr.

kunde beruht auf dem Friedensinstrument von 1290 Juni 3 (Constit. III, 430 n. 450. 451), zeigt jedoch verschiedene Abweichungen, was später die Ausgabe in den Constitutiones darlegen wird.

5. Item iidem cives habent et habeant communitatem seu universitatem, archam communem, procuratorem, actorem vel sindicum, sigillum universitatis, campanas communes ad vocandum universitatem predictam, vexilla seu bannerias. Et quod ipsi cives, quociens eis placuerit seu maiori parti ipsius universitatis, possint eligere unum vel plures ad regendum vel ordinandum omnia negocia, que evenient vel accident ipsis civibus vel universitati sue. Et quod ipsi pro sue libito voluntatis possint facere et exigere inter eos absque iudice et iusticia captiones, huanCIAS et taillias et habere communem pecuniam pro suis faciendis negociis, ut melius et utilius sibi viderint expedire, et de predictis uti possint libere nullo iudice impediēte vel aliquatenus reclamante.

6. Item nullus iudex iusticiam exercens inter cives ipsius civitatis in ipsa civitate morantes super rebus ad ipsos pertinentibus in ipsa civitate non potest nec debet iudicare per intellocutoriam seu diffinitivam sententiam, donec cives civitatis predictae super discordia, super qua interloquendum est vel diffiniendum, missi sunt a iudice, coram quo litigatur, pro iure dicendo et debent mitti tribus vicibus ab eodem domino, si ita sit quod missi prima vice ac secunda concordare non possint. Si vero concordaverint, illud debet teneri a partibus absque remedio appellationis a parte qualibet faciente et ipse iudex iudicium ipsorum civium exequi tenetur et curare, quod partes teneant. Et si forte ipsi cives missi ad iudicium ipsa die qua mittuntur iudicare et deliberare non possint vel quod possint vel quod velint plures alios sibi de predictis civibus sociari, cum rectum sit illud iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur, possunt ab eodem iudice petere, quod ipsis ipse aliam diem partibus et ipsis, ut ipsum iudicium refferant dicto domino, assignetur^a, quod dominus denegare non potest. Et quando ipsi cives missi ad iudicium tribus vicibus fuerint, si discordent^b, iudicium ipsum ad predictum dominum revertetur, qui fretus bonorum consilio secundum proposita et allegata coram ipso ius suum proferat inter partes. A quo iure si pars altera se sentiat agravata, ad superiorem appellare poterit vel maiorem.

7. Item nullus iudex civitatis predictae nullum quid facere petere potest a civibus predictis seu habitatoribus in eadem civitate ex suo officio vel auctoritate propria vel aliquam inquisitionem descendere, si legitimus non appa-

a) Folgt 'assignat' Tr.

b) 'discedant' Tr.

reat accusator, nisi iudex vel eius nuncius ipsum malefactorem caperet in ipso delicto illud notorie perpetrando vel eciam notorie perpetrato, vel nisi dominus agat vel proponat aliquem percucisse alium de quibuslibet armis^a molentis vel fecisse presumptionem de percuciendo^b aliquem infra civitatem predictam et banleiam Bisuntinam. Et tunc de iudicibus Bisuntinis qui primus est in citando percussorem predictum, facto legitime probato habet pro sua emenda sexaginta solidos Stephanien, vel ipse percuciens^b amittit pugnum. Alter vero non percuciens^b pro presumptione probata legitime tenetur domino predicto in sexaginta solidos sine pugno. Et si iudicium requiratur in predictis ipsi cives ad illud mittendi sunt tribus vicibus a domino supradicto.

8. Item concedimus, quod dicti cives et habitantes in eadem civitate possint sua propria auctoritate sine offensa iuris et iudicis infra civitatem predictam et extra eandem vadiare forenses pro suis debitis, item pro delictis ipsis civibus in persona et rebus eorum factis et ipsos forenses capere et detinere in carceribus privatis, homines tailliabiles seu exp[er]ectabiles, personas ipsorum et bona pro debitis et delictis a suis dominis factis vel eciam perpetratis. Et possunt eodemmodo tenere et captivare ipsos forenses generaliter et specialiter pro debitis et iniuriis, quas ipsi forenses faciunt in specialitate seu generalitate, nec tenentur iuri parere vel recedere preterquam per iudices Bisuntinos, coram quibus vel altero eorundem iuri stare tenentur usque ad carculum sentencie diffinitive. Hoc salvo quod si universitas vel maior pars civium predictorum extra civitatem predictam cum armis et violencia aliquem vadiaret et de hoc fieri contingeret recedenciam, de hoc deberet ius fieri, ubi alias et antiquitus^c fieri consuevit.

9. Item iudices Bisuntini non possunt nec debent ponere penam vel bannum nec facere quod ponatur vel preconisetur nec capere pondera, mensuram vel panem, nisi hoc fuerit de voluntate et requisicione civium predictorum.

10. Item iudices seculares Bisuntini non habent nec habere debent in civibus predictis exceptis tribus emendis pecuniariis, videlicet tres solidos pro contumacia seu propter quod quis convictus [est] in causa civili. Secunda est novem solidorum pro sanguine ab aliquo facto alii et probato, in tantum quod diffinitiva sententia super hoc

a) Folgt 'vio' getilgt Tr. b) 'percussien.' Tr. c) Folgt 'et' Tr.

proferatur ad instanciam alterius parcium, non domini. Tercia est sexaginta solidorum pro arma^a moluta, sicut superius est narrata, seu pro falso pondere vel falsa mensura repertis. Et quociens conquerens vult desistere, non tenetur domino ad emendam.

11. Item omnes habitantes in civitate predicta, qui utuntur libertatibus et rebus communibus civitatis predictae, sunt et esse debent percionarii ut alii de missionibus, quas cives ordinati pro universitate predicta facient in futurum.

12. Item archiepiscopus Bisuntinus nec alius, [qui] iusticiam habeat in civitate predicta, non potest neque debet vinum vendere quod bannum vocatur, exceptis duodecim modiis ad mensuram Bisuntinam, quod debet esse mundum, sane et tale quod anno illo creverit. Et vendicio illius banni incipienda est in festo apparicionis Domini nec debet vendi viliori precio vel maiori, quam venduntur vina illius anni vindemiata usque in diem apparicionis predictae.

13. Item promittimus civibus prenominatis, quod ob necessitatem nostram vel imperii Romani seu ob quancunque aliam causam non possumus facere ipsi universitati, civibus vel habitantibus in eadem captionem, requisicionem, exactionem pecuniariam ob quancunque causam, castrum seu fortalitium aliquod infra civitatem predictam seu infra metas banleie, nisi unanimiter volente universitate predicta. Nec debemus nec possumus civitatem, universitatem et cives predictos seu habitantes in ea vendere, donare, quittare, obligare vel eciam^b alienare in quacunque manu, nisi ad proprium dominium Romani imperii, cui ipsa civitas, universitas et habitantes in ea nullo medio sunt subiecti.

14. Item si nos Adolfus Romanorum rex predictus vel alius de antecessoribus nostris aliquid fecimus vel ordinavimus contra civitatem et universitatem predictas vel eciam contra cives predictos, tanquam legitimus et generalis administrator bonorum et rerum tocius Romani imperii ex certa sciencia, iusta, legitima et honesta causa revocamus et nunciamus in hoc presenti privilegio irritum et inane. Et volumus insuper et concedimus predictis universitati, civibus et habitantibus in eadem civitate, quod omnes libertates superius nominatas et scriptas exnunc habeant et eisdem libere et absque cuiusquam contradicione utantur. Et si easdem libertates usque nunc minime habuerunt, prout superius sunt divise, pro nobis et succes-

a) Folgt 'v' getilgt Tr.

b) Folgt 'alienario violenciam' Tr.

soribus nostris eisdem universitati et civibus et successoribus eorundem predictas libertates damus et concedimus perpetuo possidendas ac ipsos universitatem et cives per presentes litteras investimus tanquam illos, qui sunt membrum imperii Romani nobile et ipsius sacri imperii camera principalis.

15. Item damus et concedimus universitati et civibus predictis, ut ipsi infra civitatem predictam possint facere et sibi appropriare furnos et molendina, ex quibus redditus vertantur in utilitatem universitatis et civium predictorum, tanquam illis, quibus volumus facere gratiam specialem propter ipsorum universitatis et civium onera sublevanda.

16. Item volumus et concedimus ipsi universitati et civibus, quod ipsi et eorum successores perpetuo utantur pacifice et quiete omnibus aliis bonis suis consuetudinibus et statutis actenus approbatis.

17. Item omnes libertates, concessionones et gratias necnon iura et privilegia eisdem civibus a^a divis imperatoribus et regibus Romanis illustribus predecessoribus nostris indulta et concessa, prout rite et provide concessa et indulta sunt, de plenitudine potestatis regie confirmamus. Preterea addicimus in predictis, quod si divina providencia, que actus et progressus nostros dirigit, in Romanum imperatorem nos ordinari contigerit et imperiali[um]^b dyademate insignium insigniri, confirmare promittimus omnes libertates et gratias, que superius exprimuntur.

In premissorum omnium testimonium presentes litteras sigillo maiestatis nostre fecimus communiri.

Datum apud Frankenfort, X. Kal. Octobris, anno Domini millesimo CC nonagesimo sexto, regni vero nostri anno quinto.

VII. König Eduard I. von England für sich und seine Verbündeten, darunter König Adolf, über einen Waffenstillstand mit König Philipp von Frankreich. 1297 Oct. 9.

Or. Paris, Archives nationales J. 632 n. 24.¹

Edward par la grace de Dieu roy d'Engleterre seigneur d'Irlande et duc d'Aquitaine a touz ceaus q'i ces presentes lettres verront saluz.

a) 'et' am Ende der Zeile Tr. b) 'imperiali' Tr.

1) Dabei n. 24^{bis} Vidimus von 1306 März 29. Vgl. die Urk. burgundischer Herren 1297 Febr. 8 bei Ficker 'Reichsarchiv zu Pisa' S. 48 n. 23.

(1) Nous fesoms a savoir que nous de la guerre meve entre le roy de France et ses aliez de une part e nous e noz aliez d'autre, tant por la duschee de Aquitaine que de la contee de Flandres et de acuns autres lieux avoms pris de commun assentement souffrance de guerre, c'est a savoir de roiaume a roiaume, de terre a terre, de gent a gent par mer e par terre en tiele maniere, que touz marchantz e toute maniere de gent puissent aler, venir, demorer e marchander sauvement e seurement de un roiaume a autre la souffrance durant. Et tendroms nous e noz aliez e le dit roy e li sien tout ce que nous e il tenioms au jour de la confection de ces lettres durant la dite souffrance. (2) Et durra ceste souffrance qant a la duschee de Aquitaine jusques a la Typhaine¹ procheinement a venir, et qant as autres terres jusques as octaves de la procheine feste saint Andrieu² tant seulement. La quele souffrance nous de une partie, le dit roys de autre devoms faire savoir a noz feaus aliez e sougiez en la terre de Aquitaine e es autres loingtaines terres de deinz le dimenche devant la feste de Touz sainz prochaine³ et en la terre de Flandres dedeinz ce prochain samedi⁴. (3) Et est a savoir que le roys d'Alemaigne puet la dite souffrance rumpre, si lui plect, en tiele maniere totevois, que ele durra quinze jours apres ce que le dit roys de Alemaigne l'aura fait savoir al evesque de Tournay ou a son official a Tournay. (4) Les noz aliez sont tiels: le roy de Alemaigne, le conte de Flandres, le conte de Sauuoie, le conte de Bar, le duc de Brebant, le conte de Hollande, le conte de Montbeliard, Johan de Chalun seigneur de Arlai, Johan de Burgoigne, Johan seigneur de Montfaucun, Gautier son frere, le seigneur de Novel Chastel, le seigneur d'Oiseler, le seigneur de Fauconhi, le seigneur de Jour, le seigneur de Cocondrai⁵, Simon de Montbeliard seigneur de Nontron⁶, Estephen. d'Oiseler seigneur de Vile Nove e pluseurs autres de Burgoigne, de Alemaigne, de Brebant, de Flandres, de Hollande, de Gascoigne, de Aragun e de ailleurs, des queus nous ne savoms les nonns a present. (5) La quele souffrance nostre amez e feaus Wautier de Beauchamp chivalier e seneschal de nostre hostel, a quel nous avoms sor ce done plain povair de jurer en nostre ame, a jure por nous e en nostre nonn a garder loiaument

1) Jan. 6. 2) Dec. 7. 3) Oct. 27. 4) Oct. 12. 5) Wohl
Seigneurie Cossonay n. Morges. 6) So Or. statt 'Montron'.

e en bone foi e enterinement^a en la manere e en la forme devant dites. (6) Et est a savoir que se aucuns damages estoient faitz durant la dite souffrance, nous sumes tenuz de les faire amender en bone foi e convenablement. En tesmoing de la quele chose nous avoms fait mettre nostre seal a ces presentes lettres.

Donees a Fynes seint Bavon sus le lis, le jour de la feste saint Denis, en l'an de grace mil CC quatre vintz e dis e sept.

Grosses doppelseitiges Siegel von braunem Wachs verletzt am Pergamentstreifen.

VIII. König Albrecht für die Erben des Jordan von Burgenstein. 1299 März 30.¹

Or. Solothurn, Staatsarchiv.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam tenore presentium cupimus pervenire, quod nos litteras donationis et obligationis clare recordationis domini Rudolphi regis Romanorum illustris genitoris nostri karissimi strennuo viro Iordano de Burgenstain quondam militi traditas et concessas vidimus et audivimus in hec verba:

'Rudolfus² Dei gratia — nostri anno VIII'.

Item:

'Nos Rudolfus³ Dei gratia — nostri anno IX'.

Volentes itaque in piis et favorabilibus negotiis paternis vestigiis inherere, legitimis heredibus supradicti Iordani predictas obligationes et donationes, prout superius sunt expresse, ratificamus, approbamus et ex benignitate regia confirmamus. In cuius rei testimonium predictis heredibus has nostras litteras tradimus sigilli nostri robore communitas.

Dat. apud Luceriam, III. Kal. April., indict. XII, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Siegel wenig verletzt an rothen Seidenschnüren.

a) So Or.

1) Hiervon deutsche Uebersetzung im Soloth. Wochenbl. 1812, S. 373. Reg. Albr. 164. 2) Reg. imp. VI, 1230. Soloth. Wochenbl. 1828, S. 389. 3) Reg. imp. VI, 1692. Ebda S. 392.

IX. König Albrecht für die Stadt Besançon. 1307 Mai 7.¹

Or. Besançon, Archives de la Ville AA I. 1
Layette 1. Etwas abgebröckelt.

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Tociens regie celsitudinis sceptrum extollitur alcius et ipsius status solidius solidatur, quoci[ens] fidelium devotorum vota benigno respiciuntur affectu et ad ipsorum iura et libertates servandas et commoditates augendas graciosissima protectio [principis] invenitur. Cum enim omnis gloria sive potencia principatus in subditorum precipue consistat solidata fortunis, expediens arbitramur [et congruum, ut simus subiectis et in iusticia faciles et in gracia liberales. Noverit igitur presens etas et futuri temporis suc[cessur]a posteritas, quod nos prudentum virorum civium Bisuntinen[sium] dilectorum nostrorum fidelium devotis supplicationibus motu liberalitatis [re]gie benignius annuentes, omnia privilegia, gracias, concessiones, libertates et iura a divis imperatoribus et regibus Ro[m]anorum illustribus antecessoribus nostris ipsis indulta et indultas, prout rite concessa et concessa sunt, et provide eisdem civibus [d]e benivolencia regia innovamus, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, indignacionem maiestatis regie se noverit incursum. In cuius nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Spyre, Non. Maii, indictione quinta, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

Verletztes Siegel an grün und rothen Seidenfäden.

X. Herzog und Herzogin von Burgund an König Heinrich VII. 1309 Februar 13.

Or. Paris, Archives nationales J. 611 n. 28.

Serenissimo principi domino suo carissimo domino H. Dei gratia regi Romanorum semper augusto Ph. domini Francie . . regis secundogenitus comes ac Iohanna eius

1) Böhmer, Reg. Albr. 573. Vgl. N. A. XXVIII, 491.

uxor comitissa Burgundie se regie celsitudini commendatos et suis paratos beneplacitis firmiter obedire.

Ad vestram regiam magestatem pro quibusdam supplicationibus et requestis nostro nomine faciendis eidem ratione comitatus nostri Burgundie memorati discretum virum magistrum Petrum de Montiacio clericum ac nobilem virum Iohannem de Monte Cabilonis militem domini genitoris nostri predicti et quemlibet ipsorum insolidum destinamus, vestre regali clemencie supplicantes, ut supplicationes et requestas nostras dictum nostrum comitatum tangentes per dictos clericum et militem vel eorum alterum exhibitorem presencium exprimendas eidem ad gratiam exauditionis admittere supplicataque et expressa per eos vel eorum alterum vice et nomine nostris celeriter et feliciter expedire de solita regia benignitate dignetur. Et quantum ad supplicationes et requestas quascunque licitas et honestas serenitati vestre nostro nomine faciendas ratione nostri comitatus predicti memoratis clerico et militi et cuilibet eorum insolidum plenariam potestatem et speciale mandatum concedimus per presentes.

Act. Par., sub sigillis nostris, quibus ad presens utimur, tridecima die Februar., anno Domini MCCC octavo.

Kleine Secretsiegel; Reste des ersten, das zweite gut erhalten an Pergamentstreifen.

XI. König Heinrich VII. an König Philipp von Frankreich. 1309 September 1.

Or. Paris, Bibliothèque Nationale, N. Acq. Franç. 5154 N. 1. Nach gütiger Abschrift von A. Vidier¹.

Excellenti ac magnifico principi Ph(ilippo) regi Francorum illustri amico suo karissimo Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus integerrime dilectionis continuum incrementum.

Noverit regia celsitudo et habeat pro constanti, quod nobilis vir Beraldus dominus de Mercorio² in manifesto vel occulto nichil penitus verbo aut facto contra vos seu regnum vestrum per se vel per alium aut per litteras dixit, procuravit seu attemptavit, pro quo suspicionis notam in-

1) Vgl. Delisle, Catalogue des mss. des fonds Libri et Barrois p. 134. Das merkwürdige Stück wirft ein eigenthümliches Streiflicht auf die Stimmungen am französischen Hofe, die König Heinrich entgegenstanden, und erklärt leichter manche Vorgänge der folgenden Jahre, über die Materialien unten in Beilage III und auch an anderem Orte von uns vorgelegt werden sollen. 2) Berard X. Seigneur von Mercoeur, † 1318.

currere debeat et quod vestre excellentie seu regno vestro in detrimentum honoris aut dedecus cedere valeat vel quod debeat vestris precordiis turbacionis spiritum generare. Eapropter petimus cum affectu, quatinus contra ea, que de ipsius innocentia et excusacione liquido stilo vobis describimus, non velitis aliquibus contrarium referentibus aures regias applicare. Duret et valeat vestra regia celsitudo.

Dat. Spire, Kalend. Septembr., regni nostri anno primo.

Rückwärts: Excellenti ac magnifico principi Phillippo Francorum regi illustri amico nostro karissimo.

Ohne Siegelspuren.

XII. Notariatsinstrument über Absendung einer Gesandtschaft der Markgrafen von Este an König Heinrich VII. 1311 Jan. 7.

Or. Modena, Archivio di Stato 'Ferrara' n. 580. Inv°. 1545.

In Christi nomine amen.

Anno eiusdem nativitatis Domini | millesimo trecentesimo undecimo, indicione nona, die septimo mensis Ianuarii, Ferarie in palatio infrascripti domini Aldrevandini Esten(sis) et Anchon(ensis) marchionis pressentibus dominis Francisco de Medicis iudice de Feraria, Bartolameo et Iacobo de Aldigeriis Ferariensibus, Bulgarino de Ioculis de Feraria, Lio de Liavenantis^a de Feraria et aliis testibus rogatis et vocatis. Nobillis vir Aldevrandinus Esten(sis) et Anchon(ensis) marchio filius et heres una cum nobili viro Francisco fratre suo Esten(si) et Anchon(ensi) marchioni olim bone memorie nobilis viri Obizonis Esten(sis) et Anchon(ensis) marchionis fecit, constituit et ordinavit religiosum virum fratrem Petrum de Gavaxinis priorem ordinis fratrum Predicatorum de Feraria absentem tamquam pressentem suum certum nuncium et procuratorem legitimum ad conparendum cum reverencia et honore coram illustri et dignissimo Romanorum rege domino Henrico futuro imperatori et ad investiciones et confirmaciones petendum et recipiendum omnium iurium, iuridicionum, bonorum et possessionum, ubicunque consistent, secundum formam privilegiorum suorum veterum et novorum et secundum quod sui maiores de Romano imperio antiquitus habuerunt.

a) 'Liautnantis' Or.

(S. N.) Ego Michael filius condam magistri Agneli imperiali auctoritate Estensis notarius his omnibus interfui et rogatus scribere scripsi.

XIII. Vollmacht Philipps von Frankreich für die Verhandlungen mit König Heinrich VII. 1311 Febr. 14.¹

Or. Paris, Archives nationales J. 611 n. 30, 3. Stockfleckig, daher das Ergänzte in eckigen Klammern.

Ph(ilippus) Dei gratia Francorum rex . . universis presentes litteras inspecturis notum facimus, quod cum nos propter bonum publicum affectantes ea, que ad pacem ecclesie Dei regnique nostri pacis et aliorum regn[orum] commodum videntur . . .]ari^a, nosque dilectos et fideles nostros G. episcopum Baiocensem, magistrum Gaufridum de Plexeyo electum Ebroicensem, [religiosum virum P. abbatem Sancti Med]ardi^a Suess(ionensis), magistrum Alanum de Lambalia archidiaconum Briocensem, magistrum J. Forgeti canonicum Clarom(ontensem) ac Ingerrannum [de Marigniaco cambellanum nostr]um^a, Guillelmum de Nogareto, Guillelmum de Plesiano et Petrum Galardi milites per alias litteras nostras² procuratore[s] nostros et nuntios speciales constituerimus ad compr[omittendum]^a et ineundum tractatus, confederationes, amicitias et conventiones pro nobis et successoribus nostris fut[ur]is regibus ratione regni nostri vel]^a iurium ipsius ex parte una cum inclito principe H. rege Romanorum illustri ratione dicti regni vel imperii pro se su[isque] successoribus in dicto reg]no^a vel imperio vel regis ipsius procuratoribus ex altera iuxta modum et formam in ipsis litteris comprehensos, damus et conc[edimus] per presentes eisdem]^a procuratoribus nostris, quinque, quatuor, tribus aut duobus ex eis, plenam et liberam potestatem compromissum, tractatus, [confederationes], amicitias et conventiones huiusmodi firmandi et iuramenti vinculo roborandi in^b animam nostram, etiam si^b esset necesse iurando, et omnia alia faciendi^c, que nos possemus super premissis et ea tangentibus facere, si presentes

a) Stockfleck 3—5 Worte. b) 'in — si' auf Rasur Or. c) 'faciendo' Or.

1) Diese Specialvollmacht vom gleichen Tage wie die generelle MG. Leges II, 514 ist noch ungedruckt. Leider ist sie arg zerstört, doch konnte bis auf eine Stelle alles leicht ergänzt werden. 2) MG. Leges II, 514.

[essemus]. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum apud Fontem Bliandi, die XIII. Febr., [anno Domini] MCCC decimo.

In verso: q̄re signum crucis tale †
procur.

Vom Siegel die Schnitte.

XIV. Philipp der Schöne ratificiert den Friedensvertrag mit Heinrich VII. 1311 Juni 14.

Or. Turin, Archivio di Stato, Traités anciens
Paquet 3 n. 20.¹

Ph(ilippus) Dei gratia Francorum rex universis presentes litteras inspecturis salutem.

(1) Notum facimus, quod cum inter dilectos et fideles Ludovicum primogenitum dilecti et fidelis Roberti comitis Claromontensis carissimi patruī nostri camerarium Francie carissimum consanguineum et magistrum Petrum de La[tilhiaco] archidiaconum Cathalanensem clericum nostros, nuncios et procuratores nostros ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter destinatos, pro nobis et nomine nostro ex una parte et dilectum consanguineum nostrum Iohannem de Flandria comitem Namurcensem et magistrum Symonem de Marvilla thesaurarium Metensem clericum, nuncios et procuratores serenissimi principis Henrici regis Romanorum illustris amici nostri carissimi habentes ab ipso rege ad ea que sequuntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio regis eiusdem et pro ipso ex altera habita, inita et contracta fuerint inter nos et dictum regem ac regna nostra super multis et diversis articulis ac iurata in animam utriusque unio ac mutue amicitie federa, confederaciones, convenciones et pacta, prout in litteris inde confectis ac nunciorum et procuratorum predictorum, nostrorum videlicet et prefati regis,

1) Vgl. N. A. XXVIII, 494. Also die für Heinrich VII. bestimmte endgültige Ausfertigung des Friedensvertrages, von der auch in dem Briefe Clemens' V. von 1311 Nov. 29 unten Beilage III n. VII die Rede ist. Diese Urkunde gehört natürlich zu jenem ganzen Bestand von Urkunden und Registerbüchern aus der Kanzlei Heinrichs VII., die nach seinem Tode durch seinen Schwager nach Turin gelangten. Das Formular für die Ratification stammt aus der päpstlichen Kanzlei und wurde 1311 März 1 an Heinrich VII. und gleichzeitig auch an Philipp übersandt, wie ich an andern Orte darlegen werde. Heinrich ratificierte schon am 11. Mai. Doenniges, Acta II, 9. Vgl. unten S. 631.

quarum tenores de verbo ad verbum inferius sunt conscripti, sigillorum appensione munitis plenius continetur, nos considerantes utilitates et comoda, que non solum nobis et regi prefato ac regnis et terris nostris ac regis eiusdem, verum etiam sacrosancte Romane matris nostre ac universalis ecclesie statui et honori totique rei publice christiane ac precipue negocio Terre Sancte, ad cuius promocionem celerem et felicem desideria nostra suspirant, possunt multipliciter provenire, unionem, federa, confederaciones, convenciones et pacta ac omnes et singulos articulos eorundem, sicut in litteris supradictis plenius et expressius continentur, pro nobis, regno ac terris nostris approbamus, laudamus, volumus, ratificamus et confirmamus expresse ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis in posterum per dilectum et fidelem nostrum Guidonem comitem Sancti Pauli buticularium Francie, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram prestari fecimus ad sancta Dei euuangelia tacta corporaliter iuramentum. (2) Tibique notario vice et nomine dicti regis ac pro eo et quibuslibet aliis, quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, legitime stipulanti sub legitima et solenni stipulacione promittimus, quod infra quatuor menses, postquam regem ipsum ad imperialis fastigia dignitatis Deo auspice contigerit esse promotum, unionem, federa, confederaciones, convenciones et pacta et omnes et singulos articulos eorundem, prout in predictis litteris plenius et expressius exprimuntur, approbabit, laudabit, volem, ratificabit et auctoritate regia curabit confirmare ac de ipsis in omnibus et per omnia tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus nostris, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram ad sancta Dei euuangelia tacta corporaliter iuramentum prestari nichilominus faciemus et concedemus super hiis eidem regi, gentibus, nunciis vel procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis quatuor paria litterarum magno sigillo nostro in cera viridi munitarum.

(3) Tenores autem litterarum nunciorum et procuratorum predictorum nostrorum et dicti regis super unione, federibus, confederacionibus, convencionibus et pactis predictis, ut premittitur, confectarum, continentium tenores procuratoriorum ipsorum, tales sunt:

'A touz ceux — saint Jehan baptiste' ¹.

1) Dies die Conventio LL. II, 511.

Item la teneur des autres lettres des diz procureurs et mesages:

'A touz ceux — mil trois cenz et dis'¹.

In quorum testimonium presentibus litteris, quas in formam publicam redigi et signari mandavimus per publicum auctoritate nostra regia notarium infrascriptum, nostrum una cum signo eiusdem notarii fecimus apponi sigillum.

Act. Pissiaci Carnoten. dioc., in abbazia Sancti Ludovici dicti loci, presentibus dilectis et fidelibus Ludovico comite Ebrouicensi carissimo fratre nostro, Ingueranno de Marrigniaco milite et cambellano, magistro Petro de Latilliaco archidiacono Suessionen. clerico, Guillelmo de Nogareto milite et magistro, Iohanne Maillardi clerico nostris, testibus ad hoc vocatis, XIII. die mensis Iunii anno Domini MCCC undecimo.

(S. N.) Et ego Gaufridus Enguelor dictus Chalop clericus Dolensis dioc. auctoritate regia publicus notarius approbacioni, laudacioni, voluntati, ratificacioni, confirmacioni, iuramenti prestacioni et aliis premissis una cum dictis testibus presens fui et ut suprascriptum est stipulatus fui die et anno predictis, premissa de mandato dicti domini regis scripsi, publicavi et una cum sigillo suo signum meum apposui ad premissorum evidenciam plenioram.

In verso: Gerentibus reḡ Rom̄ tradantur.

Siegelstreifen.

XV. Heinrich VII. vermittelt Frieden zwischen Amedeus von Savoyen und dem Delphin Johann. 1311 Juli 17.

Or. Turin, Archivio di Stato, Traités anciens Paquet 3 n. 19.² Offenbar in der Kanzlei des Empfängers geschrieben. Schon früher für mich von C. Cipolla abgeschrieben, von mir neu collationiert.

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Tenore presentium | volumus omnibus esse notum, quod cum questiones et discordie, guerre et iniurie diucius fuerint inter potentes et magnificos viros principes et fideles

1) Dies Stück noch nicht genügend gedruckt. Or. Paris, Archives nationales J. 611 n. 30,4. Vgl. Kraussold 'Die politischen Beziehungen u. s. w.', München 1900, S. 68 Anm. 1. 2) Dabei n. 21 ein Notariatsinstrument über die Eidesleistung des Dauphins 1311 Aug. 19 'Actum apud Curvillionem in Greysivondana'. Vgl. N. A. XXVIII, 494.

nostros Amedeum comitem Sabaudie et Iohannem Dalphynum Vianne et Albonis comitem dominumque de Turre, nos cupientes dictos fideles nostros ad bonam pacem, tranquillitatem et concordiam reducere, de voluntate dicti comitis et venerabilis et religiosi ac honesti viri fratris Petri prioris Sancti Valerii decretorum doctoris et nobilis viri Guigonis de Bellovidere domini dicti loci et sapientis ac discreti viri magistri Andree Bonivini utriusque iuris periti nunciorum et procuratorum dicti Dalph(in)i, de qua procuracione nobis fidem plenam fecerunt per instrumentum publicum sigillo dicti Dalphini sigillatum, ordinamus et disponimus super questionibus predictis et eventuris et dependentibus ex eisdem in hunc modum: (2) Primo videlicet quod treuge sint inter predictos comitem et Dalph(inu)m pro se et pro eorum hominibus, vasallis, valitoribus et coadiutoribus ipsorum et firme et rate permaneant, et easdem treugas prorogamus et de novo damus, ordinamus et facimus inter ipsos a festo assumptionis beate Marie Virginis proxime venturo¹ in unum annum continuum et completum, sub eisdem pactis, formis, clausulis, condicionibus, obligacionibus et aliis quibuscunque contentis in treuga et forma treuge olim facte inter predictos comitem et Dalph(inu)m per excellentem dominam Agnetam ducissam Burgundie. Item volumus, precipimus et mandamus, quod omnes baillivi ac eciam castellani dictorum comitis et Delph(in)ni, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint in marchiis et locis contenciosis et vicinis ipsorum, iurare super sancta Dei ewangelia teneantur, dictas treugas inviolabiliter observare et contra eas nullatenus facere nec contrafacienti aliquatenus prebere consensum et dampna, que fient incontinenti, facere emendari. (3) Secundo quod cum tractatus pacis olim habitus fuerit inter predictos comitem et Dalph(inu)m iuratus ab utraque parte, ut dicitur, per venerabilem virum fratrem Aym(onem) abbatem Sancti Antonii in Vienna et nobilem virum Guig(onem) Alamandi dominum de Valboneys militem ac religiosum virum fratrem Willelmum preceptorem Sancti Antonii de Chamberi apud hospitale sancti Iohannis situm inter Voy(rer) et Moyre(us), quod dictus tractatus inspiciatur et per eosdem ad memoriam reducatur, ut citius et comodius fieri poterit per tractatores predictos. Et si concordēs fuerint de tractatu, procedatur in ipso tractatu et per predictos comitem et Dalph(inu)m ad effectum perducatur, in quan-

1) Aug. 15.

tum eis erit possibile data diligenti opera sine fraude. Et de relacione dicti tractatus fideliter facienda primo prestent dicti tractatores corporaliter iuramentum, et si concordēs fuerint de relacione et tractatu predictis et ipse tractatus fuerit perductus ad effectum secundum modum et formam dicti tractatus, volumus, ordinamus et precipimus, quod sit et esse debeat bona pax et concordia inter ipsos perpetuo durature. (4) Et si super predictis dicti tractatores essent in discordia vel eciam si concordēs essent de ipso tractatu et ipse tractatus non posset ad effectum perducī usque ad carnisprivium novum proxime venturum¹, tunc volumus et ordinamus atque precipimus, quod extunc infra quindecim dies proxime subsequentes infrascripti pro parte dicti comitis, videlicet reverendus in Christo pater Berhtr(andus) Thar(antasiensis) archiepiscopus, Aymar de Bellovidere dominus Villenove, religiosus vir frater Willelmus preceptor domus Sancti Antonii de Chamberi, Antonius de Barg., Hugo de Chamdeya et Hugo de Rupecula milites^a, et infrascripti pro parte dicti Dalph(in)i, videlicet predicti frater Aymo^b abbas Sancti Antonii, Guido Alemandi, Petrus prior Sancti Valerii, Guigo de Bellovidere dominus dicti loci, magister Andreas Bonivini et Alemandus de Podio miles intrent et intrare debeant civitatem Vienne iurentque et iurare debeant, quod facient et procurabunt bona fide, quod bona pax et concordia erit et fiet inter partes predictas, querendo omnes modos et vias, per quos et per quas melius poterint ad bonam pacem et concordiam reducere dictas partes, et super hoc procedent concorditer, prout eis videbitur melius expedire. Iurentque et iurare teneantur, quod dictam civitatem vel extra ultra unum miliare non exeant, nisi demon^c dicte treugue tempore finito quousque bonam pacem et concordiam adinvenierint^d, declaraverint et ordinaverint inter partes predictas. Volumus eciam et ordinamus, quod declaratio et ordinatio super ipsa pace facta per ipsos perpetuam pacis et concordie obtineant firmitatem. (5) Volumus tamen, ut si aliquis vel aliqui predictorū positorū et nominatorū pro parte predicti comitis et Dalph(in)i evidentem necessitatem haberet vel haberent, quare dictam civitatem intrare non possent vel post introitum ibidem morari, quod in eo casu dicte partes et partium quolibet possint et debeant alium vel alios loco

a) Ueber der Zeile Or. b) Folgt kleine Rasur Or. c) So für 'demum' Or. d) So Or.

1) Febr. 9.

ipsius vel ipsorum substituere incontinenti, qui substituti et simili sacramento modo et forma quibus supra in omnibus astringantur. (6) Item volumus et ordinamus, mandamus et precipimus, quod predicti comes et Dalphinus iurent et iurare teneantur predicta omnia et singula servare, attendere et complere et nullo tempore contra per se vel per alios facere vel venire aliqua ratione vel causa, nec alicui contraire volenti in aliquo consentire et contrafacientes punire. Et quod predicti comes et Dalph(inus) per bonos et ydoneos fideiussores teneantur et debeant fideiubere infra festum beati Michahelis proxime venturum¹ alter alteri per se vel per alium recipienti efficaciter usque ad summam viginti milium florenorum nomine pene, quod predicta omnia et singula adtendent, facient et complebunt, prout superius continetur. Que pena solvi debeat parti observanti et attendenti predicta per partem non observantem predicta vel aliqua de predictis. Et tociens committetur, quociens contra predicta vel aliqua de predictis actum fuerit sive gestum. Paccionibus, ordinationibus, declarationibus nostris et predictorum ut supra nichilominus in sua firmitate et robore duraturis. (7) Qui predictus comes incontinenti in nostra presencia iuxta mandatum et ordinationem nostram predicta universa et singula iuravit super sancta Dei ewangelia corporaliter manu tacta servare, attendere et complere et non contravenire per se vel per alium aliqua ratione vel causa vel contravenire volenti prebere consilium vel assensum. Et predicti procuratores procuratorio nomine dicti Dalph(in)i super anima ea in animam dicti Dalphini iuraverunt modo et forma, quibus iuravit dictus comes, et se facturos et curaturos, quod predictus Dalph(inu)s infra quindecim dies, postquam dicti procuratores ad ipsum accesserint, predicta iurabit, faciet et complebit² modo et forma, quibus predictus comes promisit et iuravit. Et nos Heinricus rex predictus in predictis omnibus ex certa scientia auctoritatem nostram interponimus et decretum. Si quis autem contra predicta vel aliqua de predictis fecerit, indignationem nostram perpetuo se noverit incursum. Et ad maiorem roboris firmitatem hanc presentem paginam sigilli nostri munimine iussimus roborari.

Dat. in castris ante Brixiam, XVI. Kal. Aug., indictione nona, anno Domini millesimo CCC undecimo, regni vero nostri anno tertio.

1) Sept. 29. 2) S. oben S. 590 Anm. 2.

In verso: lra treugarum datarum per imperatorem
Henr. inter dominum com̄ et Delph.
Siegelstreifen.

XVI. Privileg Heinrichs VII. für den Erzbischof von Arles.
1312 Jul. 9.¹

Or. Paris, Bibliothèque nationale, Collection de
Baluze Chartes n. 671 (in Cod. Baluze 393).

§ Henricus § septimus divina favente clementia Roman(orum) imperator semper augustus universis sacri Roman(i) imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Imperialem decet celsitudinem ecclesiis sibi subiectis et earum prelatiis ac personis ab iniuriis precavere dispendiis necnon earum comodis et utilitatibus ubilibet per effectum operis providere. Sane venerabilis Galhardi Arelaten(sis) archiepiscopi principis nostri dilecti nobis porecta petitio continebat, quatinus cum a retroactis temporibus bona quedam ipsius ecclesie per plures et diversos temporibus suorum in eadem ecclesia predecessorum improvide nimis occupata sint hactenus et detenta non in modicum eorum preiudicium et gravamen, super premissis sibi providere dignaremur de remediis oportunis. (2) Actendentes igitur, quod iustis votis fidelium benignus est adhibendus assensus, huiusmodi quoque precibus favorabiliter annuentes, sibi et successoribus suis ac ecclesie Arelaten(sis) predictae de speciali gratia duximus indulgendum, ut per se vel procuratores suos, quos ad hoc statuendos duxerint, possint a quibuscumque personis, cuiuscumque conditionis, eminentie vel status existant, in iudicio coram competenti iudice petere et exhigere sua necnon ecclesie sue bona mobilia et immobilia, res et iura quecumque, non obstante cuiuscumque legitimi temporis prescriptione², etiam si quadraginta vel centum annorum curriculis insistat, cuius in singulis ipsius ecclesie casibus tenore presentium ex certa scientia auctoritate imperiali vires favorabiliter eva-

1) Das Privileg ist sehr merkwürdig. Mir ist ein ähnliches von Heinrich VII. bisher nicht bekannt. Es ist bald nach der Kaiserkrönung erlassen, nachdem der Erzbischof schon am 5. Juli Huldigung geleistet und Investitur erhalten hatte (Reg. Heinr. 494). Geschrieben ist es von einem Schreiber der päpstlichen Kanzlei, also wohl einem Begleiter der Cardinäle, die zur Krönung gekommen waren, und macht nach Pergament, Faltung der Plica, Vertheilung und Ductus der Schrift ganz den Eindruck einer Bulle Clemens' V. 2) Zur praescriptio vgl. das Register von Ficker 'Forschungen' Bd. IV s. v. Verjährung.

cuamus, quod imprescriptionibus^a in futurum contra eandem ecclesiam Arelaten(sem) emersuris volumus similiter observari. (3) Non obstantibus iuribus et legibus, quibus posset impediri nostra gratia sic indulta, et precipue legibus dicentibus, bona sive iura ecclesiastica quadraginta vel centum annorum spacio legitime posse prescribi. Salvis in omnibus predictis iuribus imperii Romani aut eius fisci, quibus per hanc nostre largitatis gratiam beneficium iuris comunis adimere non intendimus vel artare. (4) Nulli ergo liceat hanc nostre indultionis et gratie paginam infringere vel ei ausu temerario contrahire. Quod qui facere presumpserit nostre celsitudinis indignationem et penam, quam eidem nostro arbitrio infligendam duxerimus, se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes litteras imperialis nostre maiestatis bulla aurea iussimus communiri.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, VII. Idus Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo^b, indictione decima, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

Goldbulle fehlt.

Ital. Perg. Schreiber der päpstlichen Kanzlei.

XVII. Wahlbündnis des Erzbischofs von Köln mit Graf Wilhelm von Hennegau. 1314 März 25.¹

Or. Mons, Archives de l'état 'Trésorerie des chartes' n. 363. In der Mitte der untern Hälfte grosser Moderflecken.

Universis presentes litteras inspecturis Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus ac sacri imperii per Ytaliam archicancellarius et Willelmus eadem gracia comes Haynonie, Hollandie, Zelandie ac dominus Frisie salutem et noticiam veritatis.

(1) Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos pro statu et tranquillitate et tuicione nostra, subiectionum nostrorum et terrarum nostrarum sumus adinvicem alligati et confederati in modum qui sequitur et in formam: (2) Primo quilibet nostrum tenetur alterum adiuvere pro posse suo terras suas defendere contra omnes in propriis expensis illius, qui requiret ab altero auxilium et iuvamen. (3) Item quilibet nostrum procurabit bonum statum et honorem alterius et impediet malum alterius pro posse suo facto, ope et consilio. (4) Item si dominus archiepiscopus

a) So Or. b) 'duodecio' Or.

1) Ineditum. Vgl. Böhmer, Reg. Ludw. Reichssachen 343.

predictus vadat apud Frankenvort ad electionem nunc futuri regis et indigeat comitiva nostri comitis predicti et hominum nostrorum cum armis, nos comes predictus tenemur cum eo ire cum hominibus nostris in armis in propriis expensis dicti domini archiepiscopi. Et eodem modo tene-mur ire secum apud Aquis ad coronationem dicti regis in propriis expensis suis. (5) Item nos archiepiscopus pre-dictus non possumus nec debemus aliquem eligere in regem Romanorum, quin antequam consentiamus in eum, pro-mittat et caveat sufficienter, quod omnia, quecumque comes predictus habet facere cum rege, regno vel imperio, faciet absque difficultate qualibet. Et quod ipse rex ammovebit omne impedimentum, quod esset appositum per quoscum-que predecessores suos, et ratificabit et confirmabit dicto comiti, heredibus suis et successoribus comitatum Hollandie, Zelandie et dominium Frizie et dabit dicto comiti omnes litteras, que sibi expedient ad pacifice possidendum dictas terras. (6) Item recipiet rex dictum comitem pacifice ad homagium suum de omnibus hiis, que comites Hollandie, Zelandie et domini Frizie predecessores sui tenuerunt a rege seu ab imperio, et faciet ea confirmari per electores. (7) Item procurabimus nos archiepiscopus dicto comiti ultra predicta bona fide omne bonum et avantagium, quod poterimus impetrare a dicto rege pro eo. (8) Item nos archiepiscopus faciemus dictum regem obligari dicto comiti, quod ipse rex conservabit dictum comitem, he-redes suos et successores indempnes contra omnes de omnibus, que dictus comes faciet vel intercipiet pro rege predicto. (9) Item tenebitur rex confirmare et ratificare omnia privilegia, litteras et munimenta, que dictus comes habet a regibus [Romanorum]^a vel imperatoribus. (10) Et hec omnia et singula nos archiepiscopus et comes pre-dicti promittimus ad invicem et unus alteri bona fide et per iuramentum nostrum, [nos] archiepiscopus posita manu ad pectus in verbo sacerdotii [et] nos comes tactis sacrosanctis ewangeliiis, facere, iuvare et adimplere et non [contraven]ire^b per nos vel per alium aliqua ratione vel causa. (11) Salvis confederationibus et alligationibus per nos vel per aliquem nostrum ante has alligaciones [factis cum aliis, si]^c nobis credere voluerint. Salvo quod quilibet nostrum tenetur, suum antea alligatum alteri nostrum guerram seu molestiam inferentem [. gen] sium^d,

a) Lücke von etwa 8 Buchstaben. b) 7 Buchstaben. c) Etwa 15 Buchstaben. d) Etwa 13 Buchstaben; 'gen' am Schluss wahrschein-lich, doch nicht sicher.

postquam super hoc alter ab altero fuerit requisitus, efficaciter inducere, quod credat eidem. Quod si credere noluerit, eius sit extunc contrarius [quilibet]^a nostrum contra illum coadiutor existens, auxilium et consilium potenter viriliter et fideliter exhibendo, prout alter ab altero super hoc fuerit requisitus. In cuius rei evidenciam et testimonium fecimus has presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roborari.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo quarto-decimo, in annunciacione beate virginis Marie.

2 Siegel; nur wenig vom Reitersiegel des Grafen erhalten.

XVIII. Willebrief des Erzbischofs von Trier für Graf Wilhelm von Hennegau. 1314 Oct. 21.

Or. ebenda n. 365¹.

Nos Balduinus Dei gracia sancte Treverensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Galliam archicancellarius ad universorum noticiam^b volumus pervenire, quod nos quittance factam spectabili viro Guill(elmo) comiti Hollandie consanguineo nostro dilecto eiusque heredibus et successoribus per serenissimum principem dominum Ludovicum Dei gracia in regem Romanorum electum de omni iure, quod si predecessores reges Romanorum et imperatores reclamarunt seu reclamare potuerunt ac idem reclamare posset in comitatibus Hollandie, Zelandie ac dominatu Frizie, ratum et gratum habentes eam tamquam princeps et elector sacri Romani imperii ex certa sciencia approbamus et confirmamus ac nostrum consensum et assensum eisdem quittancei et renunciacioni duximus adhibendum. In^c quorum testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum^c.

Dat. in castris ante Frankenvort, vicesima prima die mensis Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo quarto-decimo^d.

Reste des grünen Wachssiegels an grüner Seidenschnur.

a) Etwa 3 Buchstaben. b) Protokoll des Exemplars Johans von Böhmen: 'Nos Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex ac comes Lucelinburgensis ad u. n. etc.' c) Statt 'In — apponendum' Johann: 'Harum testimonio litterarum sigillo maiestatis nostre signatarum'. d) 'reg-norum nostrorum anno quarto' setzt Johann zu.

1) Ebenda n. 365 Exemplar Johans von Böhmen mit Resten des weissen Wachssiegels an grüner Seidenschnur. Das entsprechende Exemplar Johans d. A. von Sachsen fehlt jetzt.

XIX. König Ludwig für denselben. 1314 Nov. 25.¹

Or. ebenda n. 368.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus universis et singulis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos propter grata et obsequiosa servicia, que spectabilis Guill(eltu)s comes Hollandie et sui predecessores nostris antecessoribus regibus et imperatoribus Romanorum et imperio exhibuerunt et adhuc nobis et imperio exhiberi^a speramus in futurum, omne ius, quod hiidem nostri predecessores in comitatibus Hollandie, Zelandie et dominatu Frisie reclamaverunt seu reclamare potuerunt aut nos reclamare possemus, libere et absolute de consensu et assensu nostrorum principum quittamus ac eidem eiusque heredibus et successoribus presentibus duximus remittendum. Salvo tamen nobis et imperio homagio debito pro eisdem. Si autem processus aliqui per nostros predecessores facti extiterint contra eundem comitem an suos predecessores pro iure predicto, ex certa scientia presentibus irritamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum Acquis, vicesima quinta die mensis Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo, regni vero nostri anno primo^b.

Das Siegel, das ursprünglich an Fäden hing, fehlt jetzt.

XX. Antwort König Ludwigs an eine Gesandtschaft italienischer Fürsten und Städte. 1324 Oct. 19.²

Or. Modena, Archivio di Stato 'Dispacci Germania' n. 2.

Serenissimus dominus Ludowicus Romanorum rex semper augustus ambassiatoribus | nobilium virorum mar-

a) So Or. b) 'regni — primo' mit dunklerer Tinte und anderem Ductus, doch von gleicher Hand eingetragen.

1) Böhmer, Reg. Ludw. 2) Böhmer, Reg. Ludw. 2957. Die höchst werthvolle Proclamation war bisher nur in ungenauem Abdruck bei Sudendorf 'Welfenurkunden' Hannover 1844 Einl. S. XVII gedruckt, an einer Stelle also, wo man sie nicht vermuthete. Sie ist daher, so bedeutsam sie ist, nur ungenügend verwerthet worden; denn das wichtigere sind die Erklärungen über die politische Lage in Deutsch-

chionum Esten(sium) et aliorum nobilium Lombardie et Marchie ad contenta in ambassiatam sua respondit, ut sequitur, in hunc modum¹:

1. Quod rex ipse dignanter recepit et auscultavit ambassiatam ipsorum et commendat eos de fide devocionis, quam gerunt ad sacrum imperium et ad ipsum.

2. Item quod rex ipse deliberatus est cum principibus electoribus et aliis principibus imperii et secretariis et amicis suis, concordantibus eis omnibus in unum post tractatus varios et maturos, quod in omnem eventum anno nunc venturo potenter intrabit Italiam cum comitiva maiorum principum, comitum, baronum, nobilium et potentum Alemanie ad numerum duorum milium militum strennuorum pro recipiendis sacris imperialibus infulis ad Dei omnipotentis laudem, sancte Romane ecclesie honorem, imperii reformationem et suorum fidelium consolacionem necnon universalis status omnium pacis commodum et salutem.

3. Item quod quia pro stipendio dictorum militum opus est pecuniario subsidio, conferendo per dictos nobiles et alios fideles illarum parcium, et pro disponendis et ordinandis singulis ad huiusmodi regis introitum necesse est consilium, dirigit ipse rex suos nuncios speciales, ut cum prescriptis nobilibus pertractent in premissis et aliis et ordinent ac faciant abintra queque, sicut fuerit oportunum.

4. Item ne quis alicuius dubii scrupulum habeat de regis introitu et conferendo subsidium pro stipendio militum estimet se fraudari, rex ipse offert omnem caucionem certitudinis dandam per se et cum ipsis principibus secum intrantibus, quod suum introitum ordinabunt, facient et disponent omni modo, sicut intus fuerit pertractatum.

5. Item quod ipse rex ad instaurandum huiusmodi suum salubrem introitum requireret omnes amicos suos Rome,

land, nicht das, was über die Absichten eines Römerzugs gesagt wird. Es war mir eine grosse Freude, das Original, durch einen Hinweis des gelehrten Directors des Staatsarchivs in Modena Comm. G. Ognibene geleitet, wieder aufzufinden. Ein neuer exacter Abdruck kann nur willkommen sein. Im Apparat der MG. befindet sich jetzt eine vorzügliche Photographie in Originalgrösse. Geschrieben ist das Blatt von jener selben, mir längst wohlvertrauten Hand, die alle geheimen Staatsverträge der Jahre 1324 und 1325 geschrieben hat; vgl. N. A. XXIII, 333 Anm. 1. Durchaus von Empfängerhand geschrieben, die französischen Charakter zeigt. Das mag Kanzleiwidrigkeiten erklären, wie u. a. 'et semper augustus'. 1) Kein Absatz im Or.

Avinione et ubique terrarum, reges, duces, marchiones, comites et nobiles ac communitates civitatum.

6. Item firmavit post tergum Alemaniam, quod inde periculum non timebit, sed veraciter scit, quod per suum ingressum et ante et post eum maior pax et omnium firmior status erit.

7. Item non dubitat, quin cum ducibus Austrie plenam haberet concordiam, cum placeret; set eam vult et expectat, quam pro soliditate status imperii et honoris proprii estimat pociorem.

8. Item quod petitiones ex parte eorundem marchionum oblatas ob ipsorum amorem et sacri imperii procuratam utilitatem libenter admisit.¹

9. Postremo prefatis marchionibus ceterisque nobilibus commendavit ipsum sacrum imperium et honorem regis ac ipsorum fideles et terras et districtus, quorum curam gerunt, manutenendos, fovendos et strennue gubernandos.

Dat. Monaci, XIII. Kalendas^a Novembr., regni regis anno decimo.

An der Plica Reste des Siegelstreifens.

XXI. Kaiser Ludwig für Heinrich Grafen von Mömpelgard. 1339 Jan. 23.²

Or. Paris, Archives nationales K. 1829. In der Kanzlei schön verziert geschrieben, doch sehr vermodert und daher auf Leinwand und Papier aufgezogen.

§ Lu§dowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii | fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam cum noticia subscriptorum.

Venientes ad maiestatis nostre presenciam | spectabilis vir Heinricus comes de Mûnpelgart dominus in Montfalcon, fidelis noster dilectus, nobis humiliter supplicavit, | quatinus ipsum de castro et oppido in Mûnpelgart, que nunc tenet et possidet et a nobis sacroque Romano imperio descendere | dinoscuntur in feodum, dignaremur infeodare et de

a) 'Kts' Or.

1) S. unten S. 637. 2) Das Datum ist für das Itinerar von Bedeutung. Vgl. Reg. Ludwigs.

solita nostre mansuetudinis [clem]enci[a] investire. Nos igitur, qui non solum | in hiis, [ad] que nos ex debito officii obligatos reputamus obnixius, sed etiam [in omnibus aliis]^a beneficiis liberales cupimus reperiri, | p[recibus dicti]^b Heinrici favorabiliter annuentes, ipsum de prefato castro et oppido, [que ad .presens]^c rite et rationabiliter tenet et possidet [.]^d | ual[et] . . . sol]^e lempnitatibus debitis et consuetis infeodavimus et tamquam nostrum et [imperii]^f ium^g investivimus ac titylo [feodali]^h | de eisdem presentibus investimus, recepto ab eo debito fidelitatis et homagii iuramen[to, quod nostris hucu]ⁱ s[que] predecessoribus Romanorum imperatoribus | et regibus prestari inconsimilibus est debitum et consuetum. In quorum testimonium presen[s scriptum] nostre maiestatis sigillo iussimus [communi] | ri.

Dat. in oppido nostro Franchenfurt, XXIII. die mensis Ianuarii, anno Domini millesimo [t]recentesimo tricesimo nono, regn[i nostri anno] | vicesimo quinto, imperii vero duodecimo.

Von der Besiegelung nur die blassrosa Seidenfäden.

XXII. Kaiser Ludwig für Solothurn. 1340 Jan. 6.

Or. Solothurn Staatsarchiv.

Wir Ludowig von Gotes genaden Rômischer Keiser ze allen zeiten merer des riches verjehen | offenlichen an disem brief, daz wir die wisen lût . . die burger gemeinlichen ze Solotern unser lieb getrewen ledig und los sagen aller der ansprache und vorderung, der si des richs gût genozzen, eingenomen oder inngehabt hand, es si an vellen, an stiuren oder an andern nûtzen, swie die genant sin seit dem tag, daz wir zu Rômischem kûnig erwelt und genomen wurden. Und geheizzen in fûr uns und unser nachkomen, daz wir si umb diselben velle, stiur und nûtz, die si von des richs gûten also eingenomen und genozzen hand, nicht besuern sullen noch wellen noch kein unser amptman von unsern wegen. Und des ze einem urchûnd geben wir in disen brief versigelt mit unserm Kaiserlichen insigel.

Der geben ist ze Mûnchen, an dem Oberisten, nach Kristus geburt driuzehen hundert jar, dar nach in dem

a) Lücke von etwa 10 Buchstaben. b) Etwa 8 Buchstaben.

c) Etwa 9 Buchstaben. d) Etwa 8 Buchstaben. e) Etwa 9 Buchstaben.

f) Desgl. g) 'ium' nicht völlig deutlich Or. h) Etwa 13 Buchstaben. i) Etwa 8 Buchstaben.

vierzigisten jar, in dem sechs und zweinzigis[ten]^a jar unsers richs und in dem zwelften des keysertüms.

Majestätssiegel in braunem Wachs gut erhalten am Pergamentstreifen.

Beilage II.

Urkunden für die Delphine von Vienne.

1303 Juli 26 — 1310 Aug. 30.

Die folgenden Urkunden der Könige Albrecht und Heinrich VII. für die Delphine von Vienne stammen sämtlich aus einem Chartular der Pariser National-Bibliothek Cod. Par. lat. 9908 saec. XIV—XV. Auf der Innenseite des Vorderdeckels steht: 'Cartularium xenodochii Sancti Pauli Viennensis'. Vgl. Archiv VIII, 334. Das Chartular enthält fol. 15' Rudolf Reg. imp. VI, 2228, f. 17 Rudolf VI, 2451, f. 17' Albrecht 1303 Juli 26 Ineditum, f. 18 Albrecht 1305 Mai 29 Ineditum, f. 18' Heinrich VII. 1310 Aug. 30 Ineditum, f. 19 Albrecht 1305 Mai 29 unvollständig; der Anfang fehlt; Ineditum, f. 19' Heinrich VII. 1309 Mai 30 Ineditum, f. 20 Rudolf VI, 969, f. 21 Heinrich VII. 1313 Juli 17 Reg. Heinr. 559, f. 26 Rudolf VI, 2449. Die Inedita drucke ich im Folgenden ab.¹

Ein weiteres Blatt, das ganz ursprünglich diesem Chartular angehörte, aber schon in sehr früher Zeit abhanden gekommen sein muss, da die alte Follierung, die spätestens saec. XVI ist, keine Lücke aufweist, befand sich im Besitz der Monumenta Germaniae, an die es ehemals durch Bethmann als Geschenk von Promis in Turin gelangte. Diesem Blatt entstammt Reg. Albr. 633 nach Abschr. Bethmanns ex copia saec. 14 vel 15 (= Böhmer, Acta imp. sel. 412 n. 574) und auf diesem Blatt befindet sich auch der Anfang einer weiteren Urkunde Albrechts, deren Schluss bisher fehlte (ebenfalls Böhmer, Acta a. a. O. erwähnt). Dies Blatt folgte nun ursprünglich in jenem Chartular nach fol. 18'. Man gewinnt also für den Anfang der Urkunde Albrechts einen Schluss auf f. 19 des Chartulars. Die Sache ist ganz zweifellos: Papier, Schrift, die Bünde, alles stimmt zusammen. Auf meinen Antrag hat die Central-direction der Monumenta Germaniae das Blatt der Pariser

a) Loch im Or.

1) Das bekannte Inventar von 1346 war mir nicht zur Hand, weshalb ich es für die folgenden Stücke nicht verglichen habe.

Nationalbibliothek zum Geschenk gemacht, sodass es nun dem Codex, dem es entstammt, restituirt werden konnte.

I. 1303 Juli 26 (fol. 17').

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum notitiam volumus pervenire, quod consideratis virtuosis operibus, quibus spectabilis vir Humbertus Dalphinus Viennensis et Albonis comes dominusque de Turre dilectus noster fidelis adornatur, ac fidei constantia incorrupte pensata, qua idem erga nos et imperium multipliciter dinoscitur choruscare, omnia privilegia sibi et Dalphinis Vienn(ensibus) et Albonis comitibus dominisque de Turre predecessoribus suis et eorum heredibus ab inclite recordationis domino Rudolpho Romanorum rege invictissimo nostro genitore karissimo ac aliis imperatoribus et regibus Romanorum nostris predecessoribus concessa ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius nostre ratificationis, approbationis et confirmationis testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Nueremberg, anno Domini millesimo CCC tertio, VII. Kalen. Augusti, inditione prima, regni vero nostri anno sexto.

II. 1305 Mai 29.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

In regie dignitatis specula divino munere collocati libenter ad fidelium subditorum utilitates et commoda procuranda solite benignitatis inclinamus intuitum, ut ceteri ex eo devotionis et fidei ad nos et sacrum Romanum imperium suscipiant incentivum. Sane ex parte nobilis viri Humberti Dalphini comitis Albonen(sis) fidelis nostri dilecti nostre extitit celsitudini supplicatum, ut iura, libertates et gratias sibi ab inclite recordationis . . Rud. Romanorum rege nostro genitore et predecessore karissimo concessa et concessas ratificare et confirmare de benignitate regia dignaremur. Nos itaque ipsius supplicationibus favorabiliter inclinati, universa iura, libertates et gratias, sive sit de officio senescalcie regni Arelaten(sis)¹ sive de aliis, prout in litteris super² hoc confectis contineri dignoscitur, sibi a dicto nostro genitore concessa et concessas approbamus,

1) Vgl. Reg. imp. VI, 969.
folgende fol. 19 des Chartulars.

2) Soweit das Blatt der MG. Das

ratificamus, innovamus et presentis scripti patrocínio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbationis, ratificationis, innovationis et confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere presumerit gravem nostre indignationis offensam se noverit incurrisse.

Datum apud Scafusam, IIII. Kalen. Iunii, inditione tertia, anno Domini millesimo CCC quinto, regni vero nostri anno septimo.

III. 1305 Mai 29 (fol. 18).

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Humberto Dalphino comiti Albonnen(s) dilecto suo fideli gratiam suam et omne bonum.

Castrum de Arayka¹, si ab eo qui ipsum nunc possidet bono et iusto modo conquerere poteris, tibi et tuis heredibus dominium Dalphinatus habentibus cum omnibus suis pertinentiis et iuribus in feudum concedimus feudali titulo a nobis et imperio sine nostro imperii et alieni iuris preiudicio possidendum. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore munitarum.

Datum apud Scafusam, IIII. Kalen.^a Iunii, inditione tertia, anno Domini millesimo CCC quinto, regni vero nostri anno septimo.

IV. 1305 Mai 31.²

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam publicam volumus pervenire, quod quia nobilis vir Humbertus Dalphinus comes Albonen(sis) fidelis noster dilectus dominium Dalphinatus dominio de Turri addidit et univit, nos contemplatione obsequiorum nobilis viri Iohannis comitis Vapincen(sis)^b sui filii^c nostri affinis amoreque Beatricis neptis nostre sue contectalis concedimus, permittimus et indulgemus eidem Humberto, ut durante unione predicta, quam confirmamus presentibus, in dominio de Turre iuribus et privilegiis, quibus in dominio Dalphinatus gaudebat hucusque, gaudeat inantea et fruatur sine iuris preiudicio alieni. Presentium testimonio litterarum maiestatis nostre sigilli robore signatarum.

a) 'Ktan' Chart.

b) Folgt 'filii' getilgt.

c) Ueber der Zeile.

1) Ob etwa Arâches, Arachia, Aracia zwischen Cluses und Sallanches an der Arve, vermag ich nicht sicher zu sagen. Vgl. Manno, Bibliografia storica II, 320. 2) Schon bei Böhmer a. a. O. gedruckt.

Datum apud Scafusam, II. Kalen. Iunii, indictione tercia, anno Domini millesimo CCC quinto, regni vero nostri anno septimo.

V. 1309 Mai 30 (fol. 19').

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Dignum fore censemus, ut quorum fides et sincera devotio in Romani imperii obsequiis invenitur comprobata, illos gratia et favore nostre maiestatis clementia prose- quatur. Noverint igitur presentis etatis homines et future, quod devotis supplicationibus nobilis viri Iohannis Dalphini comitis Vienn(ensis) fidelis nostri dilecti gratiosius inclinati omnia privilegia^a, iura, gratias, libertates, concessionones et donationes, prout a dominis imperatoribus et Romanorum regibus predecessoribus nostris memorato comiti et provide sunt tradita et concessa, eidem innovamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre innovationis, approbationis et confirmationis paginam infringere vel eis in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui secus facere presumpserit, gravem nostre indignationis offensam se noverit incursum. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Constantie, III. Kalen. Iunii, anno Domini millesimo tercentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

VI. 1310 Aug. 30 (fol. 18').

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Dignum et condecens^b arbitramur^c, ut hii, qui nostris et imperii ferventer invigilant obsequiis, amplioris beneficentie pre ceteris premia mereantur. Quia igitur nobilis^d vir Guido Dalphini dominus Montis Albani fidelis noster dilectus nobis cum quadraginta dextrariis per unum annum integrum ultra montes in Ytaliā servire promisit pro stipendiis consuetis, nos huiusmodi ac alia, que idem Guido nobis impendit obsequia et inantea impendere

a) Folgt 'iura' getilgt. b) Corr. aus 'concedens'. c) Aus 'mur' ist 'ntes' corr. d) Am Rand für getilgtes 'fidelis'.

poterit, gratiosius intuentes, sibi ut in castro suo de Nihomis¹ vel in castro de Molanis sive territoriis eorundem castrorum sex denarios de homine, duodecim denarios de animali et tres solidos denariorum de quadriga nomine pedagii sive tholonei tollat et percipiat, de liberalitate regia concedimus et presentibus indulgemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum in Heymbach, III. Kalen. Septembr., anno Domini millesimo CCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

Beilage III.

Briefe Clemens' V. an Philipp den Schönen.

1310 Aug. 30 — 1311 Nov. 29.

Die folgenden Briefe, die bis auf den durch Leibniz gedruckten von 1311 Mai 1 bisher gänzlich unbeachtet geblieben sind, bieten interessantes Material zur Charakteristik Clemens' V. sowie seiner Beziehungen zu Philipp von Frankreich. Gleichzeitig sind sie von höchstem Werth für die Reichsgeschichte, da sie neues Licht auf die Entwicklung des Verhältnisses beider zu Heinrich VII. werfen. Sie ruhen sämtlich in den Pariser Archives nationales. Wenck² und Kraussold³ waren sie nicht bekannt; doch entgingen sie auch Holtzmann⁴, der einzelne davon im 7. Capitel sehr wohl hätte verwerthen können. Von besonderer Bedeutung für die Constitutiones-Ausgabe wird in erster Linie die Beilage zum Briefe von 1310 Dec. 9 sein; aber auch über den Werth des Inhalts der übrigen kann kein Zweifel herrschen. Es wäre nun vor allen Dingen mein Wunsch gewesen, das parallele Material, also alle vorhandenen Briefe Philipps an Clemens V. aus dem Vatikanischen Archiv zugleich vorzulegen⁵. Doch meine Nachforschungen sind hierzu noch nicht weit genug vorgeschritten. Immerhin habe ich bereits eine Reihe unbekannter Actenstücke über das Bündnis der beiden Herrscher, in Form einer Instruction für die päpstlichen Gesandten am Hoflager Heinrichs, auf einem Rotulus der Miscellanbestände

1) Nions am Fl. Aigues. 2) 'Clemens V. und Heinrich VII.', Halle 1882. 3) 'Die politischen Beziehungen zwischen Deutschland und Frankreich während der Regierung Heinrichs VII.', Diss. München 1900. 4) 'Wilhelm von Nogaret', Freiburg 1898. 5) Hinweise bot der für all diese Zwecke so vortreffliche 'Catalogus chartarum archivi SRE' von 1366 (Muratori, Antiquitates VI, 130 f.), dessen Angaben Holtzmann a. a. O. gänzlich übersehen hat. Vgl. über den Catalog Constit. III, 191 zu n. 206—209.

entdeckt, welche die Pariser Funde auf das willkommenste ergänzen. Ich werde die Stücke demnächst an anderem Orte publicieren. Dass ich den mit all diesen Briefen im engsten Zusammenhang stehenden bekannten Gesandtschaftsbericht nochmals in wesentlich verbessertem Abdruck bringe, wird nur Zustimmung finden; abgesehen von vielen Fehlern der Lesung, die durch die versuchten Conjecturen Wencks nicht zu heilen waren, war auch eine ganze Zeile des recht breiten Originals in § 15 ausgefallen.

Alle Briefe Clemens' sind *Litterae clausae sive secretae*; sie sind ganz vorzüglich erhalten und können der Beachtung der Papstdiplomatiker auch hinsichtlich der Art des Verschlusses u. dgl. nur angelegentlichst empfohlen werden. Im Register stehen sie alle nicht, eben wegen ihres sehr vertraulichen Charakters, der am Schluss des Briefes von 1311 Jan. 9 noch ganz ausdrücklich betont wird.

I. Clemens V. an Philipp den Schönen. 1310 Aug. 30.

Or. Paris, Archives nationales J. 704 n. 184.

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) *Iocundare princeps magnifice et in iubilum con- surge laudationis ad Dominum, quod ipse dominator cunctorum Altissimus, qui regem inclitum et pacificum Salomonem super omnes reges terre in divitiis magnificavit et gloria solium regni tui clemencie sue roboravit auxilio teque illustravit honorum splendoribus, ornatibus virtutum regalium celebrem reddidit et precellentium donorum insigniis constituit gloriosum. Profecto, dilectissime fili, si magnitudinem donorum huiusmodi infra mentis regie sincera precordia devotione qua convenit recensebis, cum Tharsis et Insule regibus inclitis, quos ille commemorat eximius prophetarum¹, pie mentis studio largitorem donorum huiusmodi queres munificum sibi que munera offeres preciosa. Divinarum quidem scripturarum documenta declarant, quod licet sacre instructionis eloquia preceptis sint plena dominicis, de dilectione tamen proximi, per quam vere caritatis perfectio solidatur, salvator noster mandatum tradidit speciale. Propterea, dilectissime fili, anxie tue salutis et pacis matris ecclesie pietas copiosa desiderat et patris ferventissimus zelus studio sollicitudinis indefesse perquirat, ut pro eisdem preciosis muneribus sic puram oblationem in celis*

1) Ps. 71, 10.

te offeras, quod in toto corde et anima tuum diligas creatorem et pro tue salutis augmento erga proximum perfecta ferveas caritate. (2) Sane ad nostri apostolatus auditum relatio fidedigna perduxit, quod licet divina miseratione propicia inter te et carissimum in Christo filium nostrum Henricum regem Romanorum^a illustrem certi dies et locus, videlicet in octabis assumptionis^b beate Virginis proximo preteritis¹ ad mutuam visionem habendam constituti concorditer extitissent et que inter te et ipsum imminebant agenda, ex quibus inter utrunque vestrum debere flammam uberius caritatis accendi, dilectionis amplioris fervorem celestis gracia inspirationis augeri ac utriusque regnorum et terrarum tociusque christianitatis statum pacificum et tranquillum, augmentum catholice fidei et pium necessitatibus Terre Sancte subsidium provenire verisimiliter sperabantur, iam essent plene concordie robore stabilita, demum tamen, sicut accepimus, noviter tu et rex prefatus a visione huiusmodi destitistis. De quo non minoris acerbitate doloris torquemur in animo, quam illud exultationis augmentum extiterit, quod nostra precordia susceperunt, cum diem prefatam ad visionem eandem audivimus constitutam. (3) Verum quia nos, qui licet insufficientibus meritis celestis dispositione consilii oves dominicas gubernandas suscepimus et pascendas, ut inter te ac regem prefatum^c dilectio sincera permaneat ac tu sicut et ipse sis tuusque populus ac populus regis ipsius velut regum Iuda et Israel populi unum existant ac ex tua et ipsius mutua visione premisorum bonorum amabilis ubertas proveniat, desiderio ducimur vehementi et libenter ministerium apostolice sollicitudinis impendimus studiosum, celsitudinem regiam paterno rogamus affectu et hortamur attentius in domino Ihesu Christo, quatinus ad habendam mutuam visionem huiusmodi cum rege predicto in loco inter te et regem predictum alias ordinato vel alio, de quo inter te et ipsum concordari contigerit, certum diem cum eodem rege, cui super hoc sub simili forma scribimus per alias nostras litteras speciales², constituere non omittas. Ita quod ea, que per tuum et ipsius regis concordem affectum sperabantur effectum sortiri prosperum et felicem, ad desideratum exitum deducantur tuque propter hoc fidelium populis magis gratus in terris appareas et constituaris gloriosus amplius in

a) 'in regem Romanorum' auf Rasur Or.

b) auf Rasur Or.

c) 'ac — prefatum' auf Rasur Or.

1) Aug. 22.

2) Bisher nicht bekannt geworden.

excelsis. (4) Ecce insuper quod venerabilem fratrem nostrum Iacobum Avinionensem episcopum, de cuius circumspecta prudentia plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad tuam propter hoc presenciam duximus destinandum, quem pro nostra et apostolice sedis reverencia benigne recipias et ei super hiis, que tibi circa premissa ex parte nostra retulerit, adhibeas plenam fidem.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., III. Kal. Septembr., pontificatus nostri anno quinto.
Bleibulle hängt.

II. Clemens V. an Philipp den Schönen. 1310 Dec. 9.¹

Or. Paris, Archives nationales J. 704 n. 179.

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Franc(orum) illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Audivit iam, sicut firmiter credimus, tua serenitas, qualiter olim presentato nobis electionis decreto de carissimo in Christo filio nostro Henrico rege Romanorum illustri per venerabiles fratres nostros . . archiepiscopos et dilectos filios nobiles viros regni Alemann(ie) principes in electione Roman(orum) regis vocem habentes unanimiter et concorditer celebrate, auditaque supplicatione humili sollempnium nuntiorum tam ipsius regis tunc electi quam eligentium predictorum, electionem ipsam suadente iustitia non multum celeriter, sicut nobis aliqui veritatem negotii nescientes, prout audivimus, ascribere dicuntur, set cum matura et longa deliberatione magnaue mora temporis interiecta de fratrum nostrorum consilio et consensu, nullo penitus discordante nulloque apparente contradictore publice vel occulte, duximus approbandam, declarando iuxta sedis apostolice morem antiquum, ipsum inter cetera fore habilem ad imperialis celsitudinis dignitatem et sibi esse unctionem, consecrationem et Romani coronam imperii concedendas, et ad unctionem, consecrationem et coronationem huiusmodi recipiendas in basilica principis apostolorum de Urbe certum terminum prefigendo. (2) Nuper autem sollempnes cenatus et populi Romani ambaxatores et nuntii tam prelati quam alii ad nostram presentiam venientes penes nos importune pluries institerunt, multas rationes efficaces ad hoc obtinendum coram nobis et nostris fratri-

1) Auf den engen Zusammenhang, in dem dieser und Brief V mit dem Bericht der Gesandten unten n. IV steht, soll hier nur eben verwiesen sein.

bus allegando, quod nos omnibus aliis pretermisissis ad nostram sedem peccuiliarem, ad urbem videlicet veniremus Romanam. Quibus ambaxatoribus diligenti deliberatione habita cum fratribus nostris duximus respondendum, quod propter concilium generale, quod dante Deo tenere in proximo mense Octobr(is) debemus, et propter alia etiam ardua negotia, que citra montes habebamus necessario expedire, non poteramus circa premissa impresentiarum petitionem huiusmodi exaudire. (3) Novissime vero tam rex ipse per suos nuntios speciales quam ambaxatores predicti nobis secrete absque nostris fratribus humiliter et cum instantia supplicarunt, intendentes nichilominus id idem nobis in concistorio publico supplicare, ut nos pro ipsius regis honore et comodo ac pro statu pacifico in ipsius Urbis et Lombardie Tuscieque partibus ac terris pecculiaribus ecclesie, que guerris multiplicibus affliguntur, refformando, ad quod asserunt regem ipsum intentis studiis hanelare et iam circa hoc bene proficere, quasi esset a Deo angelus destinatus, necnon et pro multis aliis utilibus causis et necessariis utilitatibus in rationibus coram nobis per ambaxatores ipsos expositis explicatis, eidem regi per aliquos ex fratribus nostris, cum per nos ipsos hoc fieri statuto non posse tempore bene videant, sicut asserunt et est verum, et dilationem tam dicto regi quam Urbi et toti provinciarum Lombardie ac Tuscie populo terrisque predictis ecclesie periculosam dicant notorie ac dampnosam, unctionem, consecrationem et coronationem predictas celebrandas ad tardius in proximo festo Penth(ecostes)^{a. 1} concedere dignaremur. (4) Verum quia quidam ex consiliariis tuis et nuntiis nunc apud sedem apostolicam constitutis nobis secrete dixerunt, aliquos dicere, quod nos repente processeramus in negotio dicti regis et quod sinceritas tua, quam scimus honorem nostrum et Romane ecclesie puro corde diligere, affectabat, quod nos in hiis et aliis essemus avisi quodque faceremus id, quod expedire utilitati ipsius sedis apostolice videremus, dilectus filius . . abbas monasterii Sancti Medardi Suessionen(sis) a regia serenitate ad nostram presentiam destinatus nobis secrete non ex parte tua, set ex se ipso et ex parte dilecti filii nobilis viri Ingerranni cambellani tui exposuit, quod sibi et dicto Ingerranno utile videbatur, quod coronationem dicti regis differremus saltem usque ad terminum supradictum propter aliqua bona, que inter te et ipsum utilia tibi et ei ac

a) 'ad — Penth.' auf Rasur.

1) 1311 Mai 30.

nobis et Romane ecclesie forsitan interim facilius firmentur, licet tu ipsius regis coronationem impedire aliquatenus non intendas. (5) Nos vero consideratis supplicatione et rationibus antedictis, priusquam super illis in concistorio cum dictis nostris fratribus deliberationem aliquam habuerimus, contenta in petitione et rationibus memoratis cum certis ex eisdem fratribus, quos honoris tui novimus fervidos zelatores, examinanda decrevimus, et licet non videamus nos et ipsi, quod sine offensione iustitie et gravi scandalo tam ipsius regis quam Romani populi et multorum etiam aliorum petitionem possimus respuere antedictam, deliberato tamen plenius consilio, prout ipsius negotii qualitas exigit, cum cetu cardinalium, nos super hiis facere intendimus, quod crediderimus Deo gratum et honori ac utilitati ecclesie Romane bonoque statui Urbis et orbis suadente iustitia viderimus expedire. (6) Premissa tamen, licet nondum precise deliberaverimus quid agendum, tue magnificentie volumus intimare. Et ecce quod, ut ipsius facti possis habere notitiam plenioram, quam plures de predictis rationibus tue celsitudini mittimus presentibus interclusas¹, volentes ut tua teneat pro certo serenitas, quod te regnumque tuum toto corde diligimus et gerimus in visceribus caritatis quodque inter te dictumque regem ac regnum tuum et suum pacem, concordiam et amorem conservare et firmare pro viribus conabimur et conamur idque speramus divina favente clementia nos facturos. Nec te latere volumus, quod nullo modo possumus cogitare, quin si ista supplicatio respueretur, preter alia pericula, que exinde possent merito formidari, quin rex ipse violenter presumeret et constanter teneret, per te fuisse hoc penes nos procuratum, ex quo posset pacis, amoris et concordie vinculum, quod inter te ac dictum regem nitimur pro viribus comfovere, disrumpi et quod absit inter te et eum magnum scandalum suscitari. Et nichilominus dubitavimus ex denegatione huiusmodi verecundiam magnam pati, si absque colore iuris et iustitie, quem ad presens aliquatenus non videmus, petitionem prefatam, que iustitie videtur inniti, contingeret nos negare. (7) Sane de matrimonio contrahendo inter dilectum filium nobilem virum . . primogenitum carissimi in Christo filii nostri . . regis Sicilie illustris et . . filiam ipsius regis Romanorum nobis predicti nuntii tui fuerunt in secreto loqui. Super quo, prout eis plenius respondimus, tuam volumus serenitatem tenere,

1) Unten n. III.

quod nos matrimonium illud tractare non incepimus nec tractavimus, licet nuntii utriusque regis predictorum coram nobis tractatum aliquem non est diu habuerunt super illo. Infecto tamen negotio et tractatu minime concordato dictorum regum nuntii a nostra presentia discesserunt et ad suos dominos redierunt. Postmodum vero nobis intimarunt, quod ipsi inter se condixerant, quod in aliquo loco prope regem Romanorum, si de voluntate utriusque regis procederet, in octabis¹ preteriti festi Omnium sanctorum pro tractatu dicti matrimonii convenirent. Set an convenerint vel aliquid super matrimonio huiusmodi fecerint, penitus ignoramus. Et de regno in dotem dando, de quo nuntii tui nobis mentionem fecerunt, et de multis aliis petitis a parte utraque nichil fuit concordatum et specialiter de dicto regno credimus, quod penitus nichil fiet.

Dat. Avinion., V. Id. Decembr., pontificatus nostri anno sexto.

In verso die Adresse. Bleibulle fehlt.

III. Promemoria Heinrichs VII. über die Nothwendigkeit der baldigen Kaiserkrönung. Vor 1310 Dec. 9.

Gleichzeitige Copie der päpstlichen Kanzlei Paris, Archives nationales J. 612 n. 52. Auf genau gleichem Pergament wie n. II, jedoch von anderer Hand; der Faltung nach ist es vollkommen möglich, dass das Pergamentblatt dem Briefe n. II beigeschlossen war, obwohl es jetzt an einen ganz anderen Ort innerhalb des Archivs gerathen ist.

. . Hec sunt^a motiva, que movere debent^b dominum papam ad committendum inunctionem, consecrationem et coronationem . . imperatoris futuri^c.² aliquibus card(inalibus).

§ Primo.

Quia predictus dominus papa fecit fundamentum dicti domini imperatoris futuri, approbando eum, sicut etiam de iure tenebatur, pronunciando ipsum fore dignum imperio

a) 'Hec sunt' gestrichen; darüber steht 'In quodam rotulo'. b) 'debent' gestrichen; darüber 'debuerunt'. c) 'futuri' gestrichen; darüber 'Henrrici'.

1) Nov. 8. 2) Ich habe bei diesen 3 ersten Correcturen das Ursprüngliche in den Text gesetzt, weil ich die Ansicht habe, dass diese Lesungen der Fassung Heinrichs VII. entsprechen. Die Aenderungen sind hingegen für Philipp den Schönen berechnet gewesen. Ueberhaupt müssen wir uns vergegenwärtigen, dass wir nur einen Auszug vor uns haben. S. oben S. 611 § 6 'quam plures'.

et propter hoc esse inungendum, consecrandum et coronandum, deinde mandando per litteras papales omnibus fidelibus regni Romanorum^a, quod ei obediant, concedendo etiam ei legatum de latere, qui eum comitetur, et^b gratiam et favorem, sicut est fieri consuetum. Unde cum fecerit fundamentum, naturaliter debet appettere, ut honorem ipsius ducat dictus dominus papa ad effectum. Ex quo non potest ad presens coronare in Urbe, hec faciat per alium fieri, quod cum nichil reputetur actum, quam diu aliquid superest ad agendum.

§ Secundo.

Quia dictus dominus rex promovendus in imperatorem habens cogitare circa coronationem suam non potest ita adducere ad rem publicam imperii exercendam^c, sicuti si esset coronatus. Propter quod utilitas rei publice huiusmodi^d impeditur, quia pluribus intentus etc.

§ Tercio.

Quia si expectaretur, quod dominus papa pro predictis veniret ad Urbem, et posito quod esset certum quod veniret, hoc non potest fieri ante biennium. Unde si oporteret dictum dominum regem morari interim in Italia, infinita negotia exoriri in diversis provinciis et maxime in Alemann(ia), ubi consueverunt esse rebelles et ubi baronie et etiam comitatus, ducatus et regna tota die confiscantur. Propter que oportet dictum regem ibi proficisci, quod nisi faceret, predicta admitteret. Et si recederet de Italia, delusus esset, confusus et verecundus, nisi esset antea coronatus.

§ Quarto.

Quia quamquam homines intelligentes sciant, quod ex quo dictus rex legitime electus et per dictum papam approbatus habere debeat administrationem in imperio, ac si esset coronatus, tamen quidam querentes nocere et zizaniam seminare suggerunt simplicibus, quod non est ei obediendum, donec fuerit coronatus. Ex qua malitia possent rebelliones plures in dampnum rei publice imperii exoriri.

§ Quinto.

Quia multi barones ex modis, formis et conditionibus in feudis ipsorum et alii ex vigore privilegiorum et consuetudine tenentur ad multa usagia et prestationes facienda . . imperatori post eius coronationem et non ante. Que

a) 'regni Romanorum' auf Rasur. b) Ueber der Zeile. c) 'publicam — exercendam' auf Rasur. d) Auf Rasur.

omnia in magnum preiudicium ipsius redundarent, si eius coronatio differretur.

§ Sexto.

Quia barones, qui tenentur sequi dictum regem ad coronationem, non comitantur vel miserunt stipendiarios cum eorum expensis, qui non sequerentur dictum dominum regem, si diu coronam expectaret. Qui dicunt, quod non tenentur eum sequi^a vel cum eo morari, nisi continuando consuetas^b dietas ad Urbem, et si forte gratis vellent morari, tam diu defficerent in expensis et sic necessario haberent recedere. Et per consequens idem dominus rex confusus recederet vel solus cum vituperio in Italia remaneret.

§ Septimo.

Quia gerit et gessit ultra omnia humana corde passagium ultramarinum, super quo nichil potest ordinare, donec fuerit coronatus. Unde expedit pro recuperatione Terre Sancte, quod cito coronetur.

§ Item quod propter dictas necessitates vitandas et utilitates amplectandas debeat fieri dicta commissio, nullus sane mentis dubitat. Nam cum rex Sicilie, videlicet Carolus avus istius regis Roberti, vellet coronari in Urbe et dominus papa non posset ibi comode venire, coronationem ipsius commisit propter necessitates regni Sicilie aliis faciendam, et per alium quam per papam fuit coronatus. Unde multo fortius et idem debet fieri in nostro casu, cum maior sit in isto ratio^c quam in illo, propter maiores necessitates, que imminent imperio et regno Romanorum, quam essent ille, et quia ipse plus distat longe quam dominus Clemens, qui non distabat tunc nisi per duas vel tres dietas ab Urbe.

§ Item quia quamquam dicatur, quod dominus papa imperatorem inungit, consecrat et coronat, intelligitur per alium, quia numquam per se facit, ymo per aliquos^d episcopos cardinales, cum ipse inunctionem et consecrationem committat eis semper, antequam coronam imponat per se. Unde fortiori ratione potest et debet in casu nostro totam coronationem alii delegare, cum casus unctionis et consecrationis^e sit spiritualis, coronatio vero temporalis.

§ Item quia ardue cause, que non possunt regulariter, si absens sit, sumi, magistratus illas potest et debet alii committere. Ergo in nostro casu hoc est faciendum.

§ Item ex ista commissione vestre sanctitatis honor in aliquo non minuitur, set augetur. Tanto etenim maior

a) 'tenentur — se' auf Rasur. b) Auf Rasur. c) 'cum — ratio' auf Rasur. d) 'per aliquos' über der Zeile. e) 'unct. et cons.' auf Rasur.

quis esse videtur, quando aliquid non tantum per se, set etiam per alium valet adimplere. Plus etenim videretur servitutis existere quam honoris habere, imperatorem per vos tantummodo coronare.

§ Item tanto vestro honori amplius accrescere videtur, quod non tantum coram vestre beatitudinis presentia imperator^a ad coronam suscipiendam humiliter se presentat, set coram illis, quibus coronationem huiusmodi committetis.

§ Item quia notatur per doctores, quod papa consecrationem sive inunctionem, quam dicit capitulum, quod debet facere de imperatore, commisit Ostiensi . . episcopo.

§ Item cum metropolitanus non potest consecrare episcopum^b, committit.

§ Item cum imperator inter ceteros honores, quos pre^c aliis regibus habeat, sit coronam recipere de manu pape, iste dominus rex noster postponens^d honorem suum paci Italie atque urbis Romane et utilitati rei publice, necessitate compulsus, in qua necessitate fuit inmissus per assignationem termini et prorogationem concilii, coronam non erubescit modo recipere^e summi pontificis a legato.

§ Quod autem ista commissio fieri possit, patet per exemplum sacre scripture tertio libro Regum capitulo XIX, ubi legitur, quod dominus mandavit Elye, quod inungeret Geu in regem super Israel et Azael regem super Siriam. Ubi dicit glosa, illos duos reges et nec ipse per se nec discipulus eius Eliseus unxit, set quidam prophetarum missus est, ut ungeret Geu. Quod factum est, sicut patet IIII. Regum nono capitulo.

§ Item per coronationem predicti domini quietabitur non solum status Italie et Urbis per illos dominos cardinales, quos mittetis, cum auxilio dicti domini regis, si esset necesse, set etiam rebelles ecclesie compescentur ad vestrum mandatum et vestrorum officialium, et qui non plene nostris officialibus obediunt in vestris provinciis, per ipsius imperatoris coronati potentiam ad obedientiam reducentur.

IV. Bericht der französischen Gesandten an Philipp den Schönen. (1310) Dec. 24.¹

Or. auf Papier Paris, Archives nationales J. 908 n. 25. Orthographie ist selbstverständlich beibehalten.

a) Folgt 'se'. b) 'non — episcopum' auf Rasur. c) Auf Rasur.
d) 'ponens' auf Rasur. e) Folgt 'a'.

1) Bisher gedruckt bei Wenck 'Clemens V. und Heinrich VII.'

(1) Sicut alias celsitudini vestre scripsimus, in festo Omnium sanctorum¹ applicavimus apud Rupem Mauram et significavimus camerario domini pape per diversas litteras, nos venisse ibidem | et quod nobis significaret de conscientia pape, quando et ubi vellet, quod nos iremus ad eum, estimantes, quod sicut facere debebat et ipse et alii summi pontifices facere consueverant, quod ipse esset ardens ad nos videndum et audiendum ambassationem nostram, antequam Avinionem ingrederetur. Qui camerarius de conscientia pape per diversas litteras respondit, quod placebat pape, quod veniremus ad eum in octab(is) Omnium sanctorum² Avinioni, excusans quod loca, ubi papa erat in comitatu Venicin(ensi), non poterant nos recipere cum aliis, qui papam sequebantur. Quod cum^a audivimus, fuimus admirati, quia sciebamus, quod loca erant ita magna et populosa, quod nos et plures poterant recipere. Ex quibus presumpserunt aliqui ex nobis, quod adventus noster non esset ei multum placidus. Aliqui ex nobis timuerunt, ne ad eum aliqua sintilla consilii vestri cause adventus nostri pervenisset. Tandem ibi expectavimus per octo dies. (2) Papa Avinioni non descendit in domo Predicatorum, in qua morari consueverat, sed in domo episcopali, que est in fortiori parte ville. Familia cardinalium amicorum vestrorum exiverunt nobis oviam, nullus de familia pape, camerarii vel marescalli exivit. Mirati fuimus, quia mutabat domum, cum nullam causam iustam eum habere sciremus, nisi quod aliqui dicebant, quod hoc faciebat ob adventum nostrum. Quod verum fuisse visum fuit aliquibus pro eo, quia audita ambassata nostra ibidem in domo episcopali tertia die³ descendit ad domum Predicatorum. (3) Post salutationem, ut alias scripsimus, comeatum nobis dedit, antequam audiret aliquod verbum a nobis, addens in verbis comeatus sui, quod nos

a) Folgt getilgt 'ad' Or.

(1882) S. 172—183 n. 4 nach Boutarics Ausgabe 'Revue des questions historiques' (1872) p. 23—39, die durchaus nicht fehlerfrei ist (s. oben S. 607) und eine ganz ungenügende Interpunction bietet. Ich behalte vorläufig die bisher übliche von Boutaric herrührende Eintheilung in Paragraphen bei, die gelegentlich die Sätze zerreißt. Das Or. ist continue geschrieben. Vgl. zum ganzen Bericht Holtzmann 'Wilhelm von Nogaret' S. 193 ff. — Es sei hier gestattet, auch den Abdruck der Antwort Philipps an Heinrich VII. (Wenck a. a. O. S. 171 n. 3) von einigen argen Entstellungen zu befreien. Im Anfang muss es natürlich statt 'oraculo vivo vocato' heissen 'oraculo vive vocis' und am Schluss statt 'proposuimus' und 'perpetuo' bzw. 'disponimus' und 'profectus'.
 1) Nov. 1. 2) Nov. 8. 3) Nov. 9.

Gallici non consueveramus libenter morari in loco, ubi non faceremus utilitatem nostram. Et cum proponeretur sibi articulus iniunctus nobis de hiis, que adversarii noviter proposuerant et in scriptis reddiderant contra honorem Dei, ecclesie, persone sue etc., et diceretur ei, quod hoc fecerant contra providam ordinationem suam, quod adversarii nichil proponerent contra^a personam vestram et prelatorum, baronum et aliorum regni vestri, nos credentes, quod excusaret se, quia proposuerant, et quod magnam displicentiam ostenderet, ut deberet, ipse dixit inter cetera, quod non ordinaverat hoc, excusando quasi expresse adversarios. Et habito recordo trium cardinalium, qui erant cum eo, nobis aliquantulum segregatis ab eo, magis constanter asseruit se non ordinasse, sed bene dixit eis, ne hoc facerent pro una die, quia suo loco et tempore remanebat eis ius salvum, et quod illa die iuxta consilium suum non proposuerant. Si postea in peremptorio, quod eos arctabat, fecerunt, ipse non potuerat nec debuerat eis auferre defensiones eorum in tanto negotio, licet diceret, quod ipsi fecerunt sicut fatui, quia ita proposuerant contra vos, et quod hoc bene dixerat eis. (4) Item cum articulus proponeretur sibi de non descendendo ad tractatum quousque etc. iuxta formam per vos nobis iniunctam, fixit se de hoc nichil intelligere nec quesivit a nobis aliquid de voluntate vestra finali super illo tractatu. (5) Et cum proponeretur sibi articulus regis Alemannie super vista, prout nobis erat iniunctus, nullam mentionem fecit nobis de responsione regis Alemannie nec aliquam displicentiam ostendit nec verbum aliquod dixit, quod sibi displiceret, quia vista facta non erat, sed incepit agredi materiam de Lugduno, sicut alias scripsimus, adiciens, quod multum debebatis cohibere officiales vestros, ne aliquid occuparent de iuribus regis Alemannie, ne inde veniret alicuius dissensionis occasio, quam non credebat eventuram in suo tempore. Et tunc distinxit tria de vobis tempora se vidisse: Primo in quo habebatis pacem vicinorum et omnium obedientiam subiectorum et habundabatis in divitiis, vos et totum regnum vestrum. Secundum tempus, in quo defuerunt omnia. Nunc eratis in tertio tempore: habebatis pacem vicinorum et obedientiam subiectorum, licet regnum vestrum esset vacuatum pecuniis; poteratis tamen infra breve tempus dittari habendo pacem, si officiales vestri contenti vestris iuribus non usurparent aliena. (6) Et tunc nobis dedit exemplum de magno rege

a) Folgt getilgt 'plat' Or.

Philippo, qui ab initio parvos redditus et parvam potentiam habuit; postquam tanta acquisivit, barones sui incepterunt de officialibus suis conqueri, quod iura sua occupabant. Rex adhuc non correxit, ut debuit; demum prelati incepterunt conqueri et tunc vocatis ballivis et officialibus suis, incepit eos durius arguere et punire, dicens quod nolebat sumere contentionem contra Deum et ecclesiam, a quo tanta habebat. (7) In articulo vero de administratione bonorum Templi regni vestri, addidit, quod bene sciebat, quod omnia perdebantur et dissipabantur, et quod bene previderat hoc Pictavis. (8) In articulo de pedagiis concessis per regem Alemannie, incepit excusare multum regem Alemannie, quod iure suo nova vectigalia imponere poterat, et ibi exaltavit multum potentiam suam, licet diceret, quod quorundam esset opinio, quod non poterat hoc facere ante coronam susceptam imperii. Ipse tamen nolebat in novitate sua questionem movere nec manum eius ligare nec potestatem eius arctare, sed super hoc scriberet sibi suadendo¹. (9) Circa articulum eorum, que fecerat archiepiscopus Maguntinus, cum peteremus, eum personaliter citari et puniri etc., incepit eum excusare, quod licet male fecisset, non citaret nec puniret eum, quia non ex dolo, sed propter eius imperitiam fecerat et quia erat unus de vicariis, quem rex Romanorum dimiserat pro se in Alemannia, et quia non libenter citabat personaliter prelatos in curia Romana, incipiens narrare, quod quatuor vel quinque tantum toto tempore suo citaverat. (10) Et cum postea per intervalla multorum dierum² instaremus, quod faceret iusticiam de falsariis litterarum suarum et de illis maledicis et de eis, qui testes producendos in causa fidei ceperant, torquerant et male tractaverant, post multa verba respondit: 'Vultis, quod ego ducam vos per verba vel quod respondeam vobis precise^a meam voluntatem?' Et nos respondissemus, quod nolebamus per verba duci, respondit et constanter asseruit, quod licet ipse sciret, quod predicti, qui de falsis litteris erant culpabiles, et predicti maledici, qui predicta proposuerant contra fidem et ecclesiam ac potestatem clavium, et contra vos et regnum, qui partem non feceratis^b, ipse tamen iusticiam de eis non faceret usque ad

a) Ueber der Zeile Or. b) So im Or.; vielleicht hier 'egerunt' zu ergänzen.

1) Cf. Reg. Clem. V. n. 6669 von 1310 Dec. 23. 2) Also etwa Ende November.

concilium generale, pro eo quod ita magni homines sicut octo cardinales Bonifaciani dicebantur de predictis rei. Et si non tangeret eos, sed tantummodo illos, qui se offerunt defensionem Bonifacii, adhuc non faceret de eis iusticiam sine concilio generali, quamvis essent parve persone, quia mundus oporteret sibi, quantumcumque iuste faceret, quod hoc fiebat, ne aliquis se oporteret ad defensionem memorie domini sui domini Bonifacii. Et est sciendum, quod licet usque ad hec tempora vocaret ipsum dominum Bonifacium, nunc in consistoriis publicis et privatis vocat pluries eum dominum suum dominum Bonifacium. (11) Captore vero testium predictorum incepit excusare, dicens quod non pecaverant. Et cum nos cum reverentia diceremus ei, nos non contentari de responsionibus predictis, pungendo eum cum reverentia, ut decebat, in secreto, prout alias consueveramus facere, non recipiens ita patienter et modeste, ut alias consueverat facere, dixit, quod omnes requestas nostras traderemus in scriptis et scripto in fine cuiuslibet responderet, et quod nolebat pro responsione haberi^a, quod verbo nobis dixerat, sed tantummodo quod scripto responderet. Quas requestas sibi in scriptis tradidimus. (12) Et cum ego G. de Nogareto de mandato vestro speciali^b requisivissem eum per cedulam, quia nolebat, quod in secreto haberem accessum ad eum, ut michi daret unum vel duos secretarios, quibus explicare possem quedam secreta, que preceperatis michi super hiis que dicebantur de ipso, quia ita repente promoverat regem Romanorum, et super quadam alligatione^c facienda inter regem Romanorum et regem Sicilie^d et de filia ipsius regis Romanorum collocanda in matrimonio cum filio regis Sicilie, cum regno Arelatensi et quibusdam aliis ei assignandis in dotem, que dicebantur tractari per ipsum papam, ipseque papa mandasset michi G., quod dicerem voluntatem meam . . cardinali Burdegalensi et . . camerario¹, et ego plene exposuissem eis^e predicta, prout erant michi per vos iniuncta, et ad finem michi per vos impositum, non in odium predictorum regum; ipseque camerarius verbis illis finitis in domo cardinalis Burdegalensis me traxisset ad partem et de illo tractatu olim habito super negotio Bonifacii michi loqueretur annunciative et per modum questionis, an essent perditi

a) 'heberi' am Ende der Zeile Or. b) fol. 1'. c) Das erste 'i' über 'e' corr. Or. d) 'S' aus 'C' corr. Or. e) Ueber der Zeile Or.

1) Das ist Bertrand tit. SS. Ioh. et Pauli. Siehe unten S. 629.

labores, quos dominus papa super illo tractatu sustinuerat, et me rogaret, quod ego quererem et invenirem vias, per quas ille tractatus posset ad optatum finem perducı; et ego sibi caute respondissem, quod non erat meum hoc facere, sed ad dominum papam pertinebat, qui multas bonas vias invenire poterat, si volebat etc.: (13) tandem ad aures aliquorum ex nobis pervenit, quod facta relatione per dictos cardinales et camerarium domino pape de predictis, que eis dixeram in secreto, dominus papa imposuit, quod ad alios fines et aliter loquutus fueram, quam fuisset. De quo ego fui turbatus et non inmerito, et timens, ne defectus relatus causam dedisset domino pape dicendi predicta, alios dominos meos duxi in camera camerarii pape et ibidem coram eis repetiit omnia verba, que super predictis tribus articulis dixeram in secreto cardinali Burdegalensi et ipsi camerario, ut essent michi testes de hiis, que dixeram et ad quos fines dixeram, maxime quia audiveram, quod papa fecerat per camerarium dicta verba scribi et sibi tradi in scriptis. Et nos omnes auditis verbis dicti domini G., audito etiam, quod camerarius concordabat, quod ita, sicut idem dominus G. repetiit coram nobis, et ad illum finem et non aliter dixerat, gavisi fuimus, quia longe distabant ab hiis, que sibi imponebantur dicta fuisse. (14) Et demum die sequenti¹ papa mandavit pro nobis et invenimus in camera sua . . abbatem Sancti Medardi² et camerarium et cardinalem Burdegalensem, et cum sedissemus coram eo, papa per hec verba incepit: 'Guillelmus de Nogareto me requisivit, quod assignarem sibi aliquos secretarios meos, per quos michi significaret aliqua, que secrete rex mandabat per eum. Ego commisi cardinali Burdegalensi et camerario, qui sunt hic. Verba fuerunt magna et de tribus magnis articulis, scilicet de tractatu negocii domini Bonifacii et promotione regis Romanorum et de matrimonio, quod tractatur inter filiam regis Romanorum et filium regis Sicilie. Verum quia abbas, qui est hic, de istis tribus articulis ex parte regis ab alia parte ad me missus cum litteris credencie plura mihi loquutus est et ego scio per relationem camerarii, quod G. de Nogareto vobis dixit omnia, que ipsis cardinali et camerario, qui sunt hic, dixerat in secreto, ideo mandavi pro vobis et pro dicto abbate, ut vobis insimul et per vos Guillelmo de Nogareto et dicto abbati vobiscum responsionem eandem faciam super eis ad vitandum laborem meum, ne super eisdem articulis vobis

1) Noch immer Ende November. Vgl. § 10. 2) Vgl. n. II.

in persona dicti G. unam et dicto abbati aliam me oporteat responsionem facere. Sed si vultis, quod cardinalis Tusculanus, qui est in illa retrocamera, qui est amicus regis et de hiis multa novit, sit presens ad ista, placet nobis'. (15) Et tunc nos respondimus quod, licet non esset impositum nobis per vos, loqui de illis articulis reges Alemannie et Sicilie tangentibus, nec dictus dominus G. ex parte vestra, quod sciremus, nec ex parte nostra de predictis loquutus fuisset, nisi quantum audiveramus in presentia camerarii per repetitionem dicti domini G., dicto abbate in presentia nostra dicente domino pape, quod de predictis tribus articulis sibi loquutus fuerat de mandato vestro et quod pro eis et aliis magnis et maioribus missus per vos fuerat, diximus quod libenter audiremus, quod ipse papa nobis diceret et ea referremus domino G. et vobis, si placeret eidem, et quod multum volebamus, quod esset presens dominus Tusculanus. Et vocato domino Tusculano, papa voluit, quod cardinalis Burdegalensis et camerarius repeterent verba eis dicta per dominum G. de Nogareto. Quod et fecerunt. (16) Et postmodum papa nobis et predicto abbate ad hoc specialiter nobiscum vocato per papam presentibus, in presentia dictorum cardinalium dixit papa eidem abbati: 'Abbas, de hiis, de quibus loquutus es nobis, tangentibus reges Romanorum et Sicilie loquutus fuit Guillelmus de Nogareto cum cardinale Burdegalensi et camerario, per nos deputatis ad hoc sibi ad instantiam suam et requisitionem regis per litteras regias. Verumtamen ad alium finem tendent verba tua et ad alium verba G. de Nogareto. Vis tu, quod nos recitemus ipsis presentibus, qui sunt de consilio regis omnes, verba, que dixisti et ad quem finem?' Qui respondit: 'Non'. Et iterum papa dixit ei: 'Vis tu, quod ego legam eis scripturam, quam dedisti^a michi super hiis, quia videtur michi bonum, quod ipsi sciant?' Et adhuc abbas respondit: 'Nolo'. Et tunc papa dixit ei: 'Ex quo tu non vis, quod ipsi sciant ea que dixisti nobis et responsionem nostram, quam eis facere debemus, nec tu scies ea que dixerunt nobis nec responsionem, quam faciemus eisdem'. Et tunc abbas recessit. (17) Et tunc papa incepit nobis respondere dicens, quod facile sibi erat respondere, quia non erant verba illa, que sibi imponebantur. Verumtamen declaravit nobis preterea que sequuntur, videlicet quod non nimis propere vel precipitanter processerat in negotio approbationis electionis

a) Aus 'dixisti' corr. Or.

regis Romanorum, quia solennes valde nuncii et laici et clerici asportaverant sibi decretum electionis dicti regis solenniter sigillatum et procuratorium sufficientissimum. Quibus cito non respondit, sed per plures dies eos tenuerat; et cum frequenter instarent, papa tunc incepit in negotio procedere non properando se, immo tenuit huiusmodi negotium per octo septimanas; et pluries quesiverat a dominis Tusculano, Stephano et R(aimu)ndo nepote suo cardinalibus, an aliquid scripseratis eis. Qui semper dixerunt quod non. Et tunc in nona septimana, cum salva consciencia non posset ulterius dictum negotium protelare, ut dicebat, approbando dictam electionem diffinivit¹ ipsum ad imperium et coronam recipiendam debere venire et terminum a festo Candelose tunc proximo venturo in duos annos² prefixit. Et hec omnia fecerat de consilio et consensu omnium et singulorum cardinalium, excepto unico, quem non nominavit; sed credimus per coniecturas, quod fuit . . Penestrinus. Ipse tamen, ut papa asserit, finaliter consensit. Et post hoc cum ex parte domini G. de Nogareto dictum fuisset dictis cardinali Burdegalensi et camerario, quod verba, que dixerat eis tangencia regem Alemannie, propter malum ipsius non dixerat, quia confederatus vester erat, nec ad malum . . regis Sicilie, quia consanguineus vester erat, sed ea que dicebantur^a sibi revelabatis ad aperiendos oculos domini pape circa pericula, que^b possent ecclesie et aliis ex consideratione predictorum processu temporum evenire, et nosmet repetimus ista coram papa de mandato domini G. (18) Qui papa referens se ad verba premissa dixit, quod illum regem promoverat ad honorem et tuitionem ecclesie et pro pace danda discordantibus in partibus Ytalie, qui erant, ut^c dicebat, bene tertia pars catholicorum mundi. Et circa commendationem ipsius regis multa nobis recitavit et dixit, quod in facto dicti regis Romanorum bene providerat ad honorem et tuitionem ecclesie et vassalorum et devotorum eiusdem; et cum tali quali risu dixit, quod statim nobis ostenderet tale quid, de quo daret nobis magnam letitiam. Et tunc fecit afferri per camerarium processum approbationis electionis dicti regis in quodam registro contentum et in presentia nostra legi et postmodum quandam litteram sigillo ipsius regis

a) 'ea — dicebantur' über der Zeile mit dunklerer Tinte und anderem Ductus, wohl von anderer Hand Or. b) Folgt getilgt 'exinde' Or. c) fol. 2.

sigillatam, quam de novo habuerat ab eodem rege, continentem iuramentum fidelitatis in iure scriptum XXII Q. V 'De forma'¹, et ultra hec quod omnes donationes factas a . . Constantino, qui primam donationem ecclesie in persona beati Silvestri fecit, et ab aliis imperatoribus predecessoribus suis, etiam aliis ecclesiis quam Romane approbat, confirmabat et de novo dabat², specificatis in ipsa littera multis comitatibus, provinciis, civitatibus et terris aliis, et nichilominus cum clausula generali, promittens se infra octo dies, postquam coronatus fuerit, quatuor paria litterarum eiusdem forme per suum iuramentum domino pape daturum et assignaturum. Item quod personas domini pape, vassalorum et devotorum ecclesie ac donationes premissas contra omnes defensaret suis sumptibus et expensis, et plura alia in eadem littera contenta, de quibus non multum curamus, que omnia solenniter iuravit. Et tunc petimus, ut copiam litterarum illarum nobis dare vellet, ut eam vobis mitteremus, si placeret ei. Qui subridens nichil dixit. (19) De matrimonio vero proloquuto inter liberos dictorum regum Romanorum et Sicilie respondit papa, quod nunquam initiaverat aliquid de predictis, sed diu post loquutus fuerat cum eo super illis rex Sicilie et quidam ambassatores regis Romanorum. A quibus audivit papa, ut dicebat, quod quidam cardinalis hoc moverat et scripserat regi Romanorum. Et dicto per eum pluries, an nominaret eum, et diceremus quod sic, nominavit eum nobis, videlicet Iacobum Gagitani. Et post hec dictus rex Sicilie declaravit sibi tractatum dicti matrimonii, asserens quod vobis de hoc petierat consilium et quod volebatis. Cui dixit papa, quod loqueretur cum quibus videret expedire, quia ad eum non spectabat. Verumtamen dixit ipsi regi, quod magna erat persona filia dicti regis Romanorum et quod bene esset posita, si ibi esset, et quod inde multa comoda poterant provenire. Et postmodum, ut dicit papa, reversi fuerunt ad ipsum ambassatores utriusque regis, qui repetebant tractatum dicti matrimonii et specificabant dotem et dotalicium, scilicet petendo maximam summam auri et regnum Arelatense dandum filio dicti regis Sicilie, licet aliqua iura idem rex Sicilie in eo habere deberet, committendo tamen per litteras ipsi pape, quod de dicto auro posset diminuere, si vellet. Et tamen non potuerunt de dote convenire, quia nimiam summam auri petebat pars dicti regis Sicilie cum dicto regno Arelatensi, quamvis papa persuaserit

1) c. 18 C. 22 qu. 5. 2) 1310 Oct. 11 Lausanne.

consulendo parti regis Sicilie, quod desisterent a tanti auri petitione et quod alia debebant sufficere cum tanta persona. (20) Cui pape dixit episcopus Baiocensis: 'Pater, non potest plus rex Romanorum dare dictum Arelatense regnum^a, si sit regnum, quam ipse episcopus unum ecclesie sue castrum, nisi per ipsum papam fieret'. Item dixit papa, quod tunc recesserunt ab eo et terminum inter se condixerunt de conveniendo per se vel per ambassatores insimul in octab(is) Omnium sanctorum¹. De quibus dixit, quod in anima sua postea aliquid non audiverat, ad suam excusationem pretendens, quod non potuerat denegare, quin tante persone coram ipso papa tractarent et quod crederet pecare mortaliter, si dictum matrimonium impediret, ex quo pax inter Guibelinos et Guelfos poterat provenire². (21) Post hec articulos, quos habebamus promovere apud ipsum papam, sibi exposuimus. Qui post multas responsiones factas, quas voluit habere pro non responsionibus, dixit, quod articulos daremus in scripto et ipse responderet in scriptis. Quod fecimus quamvis non voluntarii, cum non sit moris, et tenuit in suspenso per XV dies, quamvis instaremus frequenter pro responsione habenda. Et tandem³ respondit, prout in rotulo, quem habet dominus Guillelmus, continetur. (22) Nos autem inter moras huiusmodi amicos sive notos nostros cardinales visitavimus et inter alios dominum P. de Capella cardinalem Penestrinum, qui solus promocioni regis Romanorum ad coronam imperii, ut intelleximus, contradixit, sed finaliter consensit. Auditis aliquibus de articulis nobis iniunctis, videns, quod nulla sibi fiebat mencio de tractatu, dixit: 'Per malam fortunam, quare non acceleratis vos, quod dominus rex Francie sit totaliter expeditus et liberatus de illo facto, in cuius tractatu tam diu laboravimus. Dico vobis, quod ecclesia ista Romana multa potest magna et ardua contra maiores mundi, dum tamen causam habeat faciendi. Et nisi liberetur dominus rex, illud factum, de quo est tractatum, posset esse una causa de maioribus, que temporibus nostris evenerint. Et si esset liberatus rex de illo facto, quod cito fieri consulo et opto, et vellet facere iusticiam in regno suo', ponens manus supra genua, cum sederet, ait cum nutu corporeo et capud movendo erga

a) Folgt getilgt 'φ' Or.

1) Nov. 8. 2) Dazu vgl. demnächst den von mir aufgefundenen Brief Clemens' V. an Heinrich VII. von 1312 Apr. 1, den ich an anderm Ort geben werde. 3) Also Mitte December. Das Or. hat 'XV'.

nos et oculos defigendo in nobis, quod¹ hec faciendo non haberetis timere coronam nigram neque albam. Et hiis dictis leviter asserens consuluit, quod vos haberetis subditos vestros erga vos pacificatos, benivolos et tranquillos et haberetis corda eorum et specialiter Flamingorum, et restringeretis expensas vestras et precaveretis vobis de miseriis et reservaretis vobis pecunias quas possetis, iuste tamen et absque mala exactione. Et alia eciam nobis dixit, que vobis dicemus viva voce. Considerate quid hec important. (23) Demum die Martis² post vespervas, qua die recesserat dominus G. de Nogareto, misserunt pro nobis domini cardinales Tusculanus, Stephanus et frater Nicolaus ad domum dicti Tusculani et ibi dixerunt nobis, quod vias aliquas aperiremus eisdem super tractatu. Quibus respondimus, quod ipsi vel aliqui eorum melius scirent invenire vias quam nos, et quod ipsi super ipso tractatu alios pluries laboraverant et quod ad papam et ad ipsos istud pertinebat. Et tunc dixit Tusculanus, quod resumeremus tractatum in statu, in quo fuerat dimissus, et^a si deficerent aliqui boni articuli vel essent aliqui mali, diceremus et consilium apponerent toto posse^a. Nos vero respondimus, quod prius erat consilium apponendum ad honorem Dei et vestrum in vituperiis et aliis attemptatis et quod ipsi cogitarent, quale esset istud consilium apponendum. Et ipsi dixerunt, quod immo nos. Et tandem concordatum fuit, quod ipsi et nos super hoc cogitaremus et ad ipsos reverteremur inter Circumcisionem³ et Epiphaniam⁴, quia interim ocuparentur circa servitium et alia plura. Et nosmet bene volumus, expectantes aliqua, que nobis dominus G. debet scribere secrete et mittere scripturam correctam, quam scitis. (24) Item hac die Mercurii⁵ ante nativitatem Domini, bene mane, misit papa unum servientem suum ad nos, mandans ut, si vellemus loqui cum ipso, statim iremus. Quod et fecimus. Et tunc diximus sibi, quod nos et dominus G. de Nogareto videramus response, quas dederat nobis in scriptis, et quod salva reverentia sua incerte et obscure erant neque nobis placebant, neque eramus contenti de eisdem nec vos contentus essetis^b, dum sciretis easdem, et quod dignaretur aliter super hoc agere et specialiter super littera pacis Flandrie. Qui

a) 'et si — posse' von derselben Hand zwischen den Zeilen, mit anderer Tinte Or. b) fol. 2'.

1) Hier geht die directe in indirecte Rede über. 2) Dec. 22.

3) Jan. 1. 4) Jan. 6. 5) Dec. 23.

respondit presentibus tribus cardinalibus, videlicet dominis Stephano, Nicolao et vicecancellario, quod in animam suam illas fecerat cum consilio cardinalium, qui de regno nostro erant et de consilio vestro fuerant, et^a quod modo aliud faciendi expedire non videbat, nisi de littera dicte pacis Flandrie, super qua adhuc deliberare volebat in aliquibus et tunc nobis respondere taliter, quod vos et nos contenti esse deberemus. A quo petivimus terminum, infra quem hoc faceret, cum nos diu tenuisset. Qui dixit, quod quoad litteram hoc faceret infra quindenam nativitatis Domini, et si in aliis videret salvo honore Dei et ecclesie aliquid aliter boni facere, libenter cogitaret, quia multum impeditus fuerat post adventum nostrum propter negocia nostra et cardinales novos, quos crearat. Preterea licet nullam mentionem sibi de tractatu faceremus, dixit tamen, quod propter servitium et alia impeditus fuerat et erit, et ideo ad illud quod sciebamur, id est de tractatu, tradebat nobis duos cardinales Tusculanum, Brugensem, fratrem Nicolaum et vicecancellarium, cum quibus tractaremus et ipsi apponerent consilium super istis. Ad quos inter Circumcisionem et Epiphaniam accedemus. (25) Item hac die¹ circa prandium misit dominus cardinalis Brugensis ad me episcopum, ut post prandium statim ad eum irem pro negocio dicti tractatus^b, et ivi mandatis domino Gosfrido, magistris Alano et officiali Par(isiensi). Qui multum institit, ut sibi aliquas vias aperiremus ad tractatum; cui diximus, quod magis tractaverat negocium quam nos, qui honorem vestrum debebat diligere et zelari, et ideo ipse cogitaret et nobis vias aperiret. Qui dixit: 'Nescio nisi aperiatis, quia ultimo cum domino meo rege et suo consilio loqui fuistis'. Cui tunc diximus, quod quousque esset consilium appositum in attemptatis et falsitatibus suprascriptis et taliter provisum, quod cederet ad laudem Dei, apostolice sedis reverenciam et vestrum honorem, non decebat. Qui cardinalis petiit, quid fieri^c petebamus. (26) Cui nos: non ut nuncii, sed ut private persone crederemus quod oporteret, tam cardinales Bonifacianos quam offerentes se defensionem solenniter et publice mendacia sua revocare, iustum et bonum zelum domini regis recognoscere et se et statum suum voluntati domini regis supponere. Et tunc possemus ad alia procedere.

a) Folgt getilgt am Ende der Zeile 'quod m' Or. b) Hiernach Ductuswechsel Or. c) Auf grösserer radierter Stelle Or.

Qui de suppositione status miratus fuit. Diximus tamen ei, quod cogitaret super hiis et ad ipsum suprascripto tempore veniremus. Et miramur^a, quod dominus Guillelmus dedit oblivioni dimittere nobis litteram per dominum^b archiepiscopum et alios correctam, sicut scitis.

Tribuat vobis Omnipotens successus prosperos et felices.

Scriptum Avinion., in vigilia nativitatis Domini J.^c

In verso: Excellentissimo domino nostro . . regi Franc.

Nuncii vestri . . episcopus Baioc., Gaufridus et alii.

Briefschnitte, Reste der Streifen, dreierlei Siegelreste (1 Siegel grün, 1 oblonges roth, 1 rundes roth).

V. Clemens V. an Philipp den Schönen. 1311 Jan. 19.

Or. Paris, Archives nationales L. 294 n. 33.

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri salutem et apostolicam benedictionem^d.

(1) Litteras, quas nobis tua excellentia destinavit datas Corbolii VII. die intrante Ianuario¹, eri XVIII. die eiusdem mensis benignitate recepimus consueta inter cetera continentes, quod quendam de consilio tuo fidelem pro certis secretis et arduis negotiis super ipsis tue conscium voluntatis ad nostram proponebas presentiam evestigio destinare, supplicans quatinus super negotiis Terre Sancte statum vel reges seu principes quoscumque tangentibus differre deliberationem nostram et expeditionem seu dispositionem quamlibet amore tui usque ad adventum predicti consilarii, qui vicinus aderit, dignaremur. Ad que tuam magnificentiam scire volumus, quod super hiis et aliis, quantum cum Deo possumus, cupimus condescendere votis tuis. (2) Verumptamen te nolumus ignorare, quod super facto coronationis carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris tam ipsius . . regis quam senatus et populi Romani sollempnes ambaxatores et nuntii, prelati et alii nostram presentiam adierunt requirentes ac supplicantes nobis humiliter oportune et importune, ut terminum sibi prefixum ad coronationem huiusmodi abre-

a) Auf grösserer radiierter Stelle Or. b) Ueber der Zeile von der zweiten Hand Or. c) 'J' von der zweiten Hand mit dunklerer Tinte Or. d) 'bn' Or.

1) Dieser Brief war schon 1366 nicht mehr erhalten; der Catalog kennt ihn nicht.

viantes in proximo festo Penth(ecostes) sollempnia coronationis sue per aliquos de fratribus nostris, ex quo in ipso termino sibi diu^a assignato in Urbe pro predictis personaliter, presertim impediende concilio, interesse non valeamus, impertiri faciamus, multas rationes et causas super hoc pretendendo, prout tibi scripsisse meminimus hiis diebus¹. Super quo diligenti deliberatione frequenter cum fratribus nostris habita de consilio et assensu eorum processit, quod huiusmodi supplicatio non erat aliququaliter repellenda, set concedenda omnino. (3) Et cum ipsi incunctanter tenerent, quod inibi sic diffiniremus dictis nuntiis respondendum, nos considerantes, quod inter te forsitan et ipsum regem aliqua expedienda restabant, in corde nostro disposueramus diu ante, prout iam ad tui notitiam, plures dies sunt elapsi, credimus pervenisse, ipsi regi super petitis per nostros speciales nuntios respondere, ut saltem ista dilatione pendente scire possemus, que essent illa et providere, si Deus concederet, de remedio oportuno. Deliberationibus vero, consiliis et consensibus dictorum fratrum auditis, licet clare nobis appareret, quod ipsius supplicationis necessitate et predictis deliberationibus, consiliis et consensibus ac omnibus ipsius massam negotii contingentibus inspectis non debeat denegari, eisdem exposuimus, quod multa circa ista ad nos pervenerant, que ipsos latebant et propter hoc non poteramus ita cito, ipsius regis Romanorum utilitate pensata, respondere precise super petitis ab ipso, set quod nos per nostros nuncios sollempnes infra paucos dies responderemus et talem responsionem sibi faceremus, quod esset Deo grata et sibi utilis et accepta. Quam responsionem quadam necessitate cogente cum ipsam ultra debitum et per plures dies distulissemus semper expectantes, quod super predictis nobis intencionem tuam intimares, proximo precedente Sabbato videlicet XVI. die ipsius mensis, nunciis et ambaxatoribus supradictis in consistorio publico duximus exponendam, de qua, quia precise non respondimus, quid super hoc in specie ipsi regi respondere intendebamus, minus bene contenti fuerunt. (4) Et quia dictam missionem ultra quindecim vel viginti dies ad plus differre² nequimus, excellentiam regiam rogamus et hortamur attente, quatinus illum, quem ad nos deputasti venturum, cum celeritate, que dictum terminum

a) Folgt am Ende der Zeile ein 'est', das zu streichen ist.

1) Siehe oben n. II von 1310 Dec. 9. 2) Clemens V. antwortete dann am 28. Febr. aufschiebend. Bonaini I, 168 n. 104.

viginti dierum preveniat, mittere non postponas. Plures enim de dictis ipsius regis nuntiis hic expectant et usque ad recessum nuntiorum nostrorum continue expectare intendunt. (5) Et decet, ut credimus, honorem nostrum et tuum, ut premissa secrete teneas, et nos sic secrete tenuimus et tenere intendimus, quod nulli revelavimus, excepto dilecto filio Bertrando tit. Sanctorum Iohannis et Pauli presbitero cardinali camerario nostro, qui presentem litteram propria manu scripsit¹.

Dat. Avinion., XVIII. die Ianuar., pontificatus nostri anno sexto.

In verso die Adresse. Bleibulle hängt.

VI. Clemens V. an Philipp den Schönen. 1311 Mai 1.²

Or. Paris, Archives nationales J. 704 n. 178.

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Rex pacificus, filius summi regis, qui nos licet indignos vocari ad sui vicariatus officium sua inscrutabili dignatione concessit, nostris infudit affectibus, ut ab huiusmodi vocationis exordio ponentes quasi viarum nostrarum principium bonum pacis in sancte matris ecclesie filios et presertim in catholicos reges et principes, qui maiores aliis et in altioribus positi speculis dignitatum virtutum inferioribus debent exempla porrigere totis nisibus, illius niteremur derivare fluentia diffusaque continuis favoribus irrigando fovere³. Et licet de singulis Christi fidelibus et precipue regibus principibusque catholicis nobis sit sollicitudo continua, ut vitatis fomitibus odiorum et discriminibus guerrarum exclusis, in pulcritudine pacis sedeant, in fiducie tabernaculis habitent et in requie opulenta⁴ quies-

1) Diese höchst werthvolle Stelle hat soeben E. Goeller, dem ich sie mittheilte, in anderem Zusammenhange behandelt. S. 'Quellen und Forschungen aus italienischen Bibliotheken und Archiven' VI, 311 ff.

2) Schon seit 1700 bekannt durch den Abdruck bei Leibniz, Codex iuris gentium, Mantissa 2, 244. Im Pariser Inventar ist ausserdem als J. 704 n. 182 eine jetzt 'en déficit' befindliche weitere Bulle folgendermassen verzeichnet: 'Bulle du dit Pape au Roy touchant le traité d'alliance qui devoit etre fait entre le Roy des Romains et l'hommage que devoit faire le duc de Bourgogne, anno 6 sub plumbo'. Sie ist unbekannt, doch glaube ich, im Vatikanischen Archiv den Text gefunden zu haben, wenn auch nur in der Ausfertigung an Heinrich VII. 3) Diese Arenga sowie weitere Theile von § 1 auch in dem von mir zu veröffentlichenden Briefe an Heinrich VII. von 1311 März 4. 4) Jes. 32, 18.

cant, ut tamen inter te et carissimum in Christo filium nostrum Henricum regem Roman(or)um illustrem unitatis, caritatis et pacis solide federa perpetuis duratura temporibus vigeant, tanto ferventiori desiderio ducimur, quanto ad te et regem eundem precipuos et peculiare ecclesie filios inter ceteros reges et principes orbis terre maiori zelo dilectionis afficimur ac utriusque regis et regni statum felicem et prosperum ac honoris et exaltationis augmentum predecessorum nostrorum exemplo laudabili votis potioribus affectamus, quantoque tuam et ipsius regis unionem ac conformem et unanimem voluntatem utilitatis tocius rei publice christiane et presertim negotii Terre Sancte efficacior speramus et credimus divina favente clementia promotricem. Huius quippe nostri ferventis desiderii sic urget instantia, ut patenter ostendat in experientie libro quod legimus: 'Amor operatur multa si est, si autem operari renuit, amor non est'. Anxia enim mens, presertim quam zelus vere caritatis accendit, ad optatum cogitationibus estuatur, curis effluit, meditationibus immoratur, querit remedia, quesitis adicit, quesita et adiecta prosequitur nec solers inquisitio vel adaucta prosecutio efficit, quominus inquirendo et prosequendo crescat anxietas, donec quod avidè queritur efficaciter exequatur. (2) Attendentes itaque, quod ex donatione, concessione vel translatione regnorum Arelatensis et Viennensis Romani imperii membrorum vel alterius eorundem, si eas per dictum Henricum regem Romanorum in alium seu alios quam in Romanam vel aliam ecclesiam fieri fortasse contingeret, inter te ac regem prefatum et utriusque regis et regni vassallos, fideles et subditos suboriri possent impostero simulatates et odia, commotiones guerrarum ac periculose dissensiones et scandala multipliciter provenire, ac volentes tot et tantis periculis, malis et scandalis paterne sollicitudinis studio congruis remediis obviare, tibi tenore presentium intimamus, quod ipsi regi super donatione, concessione seu translatione huiusmodi de regnis predictis vel eorum altero per eundem regem in alium seu alios quam in Romanam vel aliam ecclesiam, ut premittitur, faciendas non intendimus nostrum impertiri assensum.

Dat. Avinion., Kal. Maii, pontificatus nostri anno sexto.

In verso: Clementis secreta. Bleibulle hängt.

VII. Clemens V. an Philipp den Schönen. 1311 Nov. 29.

Or. Paris, Archives nationales J. 295 n. 38.

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Dudum, dum adhuc in comitatu nostro Veneysini residentiam faceremus, dilectus filius Guillelmus de Plasiano tue celsitudinis miles et nuntius cum litteris tuis credentiam continentibus ad presentiam nostri^a apostolatus accedens, nobis quasdam tuas patentes litteras presentavit, que inter alia continebant, quod tu confederationem, unionem et pacta, que inter tuos et carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris nuntios extiterant inita, integraliter iuxta modum et formam per nos a serenitate tua petitos laudabas et etiam approbabas¹. Super quo tui alti consilii deliberationem providam et providentiam circumspectam multipliciter in Domino commendamus. Verum litteris aliis super eodem negotio per nuntios prefati Romanorum regis, que in aliquibus substantialibus ab eisdem tuis patentibus litteris dicebantur per eundem tuum militem discordare², quarum tenorem tibi transmisisse meminimus, nostro apostolatui presentatis, prefatus miles reputans, per huiusmodi litteras dicti Romanorum regis sufficienter non esse provisum, a nobis recuperare voluit tuas litteras supradictas. (2) Nos vero, qui summo desiderio concupimus, ut inter te ac regem predictum fructus iocunde pacis succrescant uberes et salubres, verisimiliter dubitantes, ne inimicus homo, qui latius ibi consuevit iniquitatis sue venena diffundere, ubi se magis extimat obfuturum, inter te ac regem prefatum, si dictum negotium, quod dirigente misericordia summi regis terminatum utiliter creditur et speratur, alicuius protractionis suspecte nocumentum incurreret aut separationis, quod absit, susciperet detrimentum, amarissime zizanie semina, quod avertat Altissimus, germinaret, ac volentes providere periculis et occurrere scandalis, que ex huiusmodi protractionis vel separationis eventu proventura possunt non immerito formidari, tuas

a) 'i' auf Rasur Or.

1) Gerade hierzu werde ich aus dem Vatikanischen Archiv neues Material vorlegen. Die Ratification der Vertragsurkunden durch Philipp von 1311 Jun. 14 siehe übrigens oben S. 588 n. XIV. Vgl. noch den Brief des Papstes an Heinrich VII. von 1311 Dec. 18. Bonaini I, 209 n. 132. 2) Was hier gemeint ist, werde ich an andern Orte darlegen. Vgl. oben S. 588 Anm. 1.

litteras sepedictas, ut tu, si posset comode fieri, predictis litteris eiusdem regis Romanorum contentus existeres, deliberavimus retinere. (3) Non tamen propter hoc omisimus dicto regi Romanorum scribere per nostras litteras speciales, quod litteras suas tuis litteris memoratis consimiles nobis celeriter destinaret, quas habere confidimus et speramus in brevi et de die in diem cum desiderio expectamus. Quod si dictus Romanorum rex predictas litteras suas, ut premittitur, consimiles tuis nobis forte non mitteret aut in litteris antedictis nobis, ut premittitur, per dictum regem Romanorum transmissis nolles esse contentus, scire te volumus, quod predictas tuas litteras nobis per eundem militem assignatas tibi vel alii, de quo nobis per tuas litteras significatum extiterit, restituere curabimus et sine difficultate qualibet exhibere.

Dat. Vienne, III. Kal. Decembr.^a, pontificatus nostri anno septimo^a.

In verso die Adresse. Bleibulle fehlt.

Beilage IV.

Sechs Schreiben deutscher Fürsten an Philipp den Schönen. 1307. 1308.

König Philipp erliess October oder November 1307 ein Rundschreiben u. a. an König Albrecht und einige Fürsten im Westen Deutschlands über die Templer, dessen Text bisher noch nicht bekannt geworden ist und das jedenfalls von Nogaret verfasst sein wird¹. Der Zufall will, dass uns dagegen eine Reihe von Antworten erhalten ist in dem bekannten, von Boutaric vielbenutzten Cod. Par. lat. 10919. Ich gebe die Stücke genau in der Reihenfolge der Hs. Für uns am werthvollsten ist die sehr massvoll gehaltene Antwort König Albrechts².

1.

(f. 235) Magnifico principi Ph. Dei gratia Franc(or)um regi amico carissimo Albertus eadem gratia Romanorum rex semper augustus salutem cum sincere dilectionis affectu.

a) 'Vienne — Decemb.' sowie 'septimo' ist mit anderm Ductus, wohl von anderer Hand eingetragen.

1) Vgl. dazu Holtzmann a. a. O. S. 147 ff. 2) Die Antwort Edwards von England von 1307 Oct. 30 bei Boutaric 'Notices et extraits' XX, 2 (1862) p. 161 n. 23 aus derselben Hs. fol. 236'.

Litterarum vestrarum eloquium, quas misistis de culpa pravitatis heretice, cuius infamia per vestrum regnum fratres ordinis milicie Templi publice sunt notati, tanto amplius amaritatem mentem nostram, quo ad deffensionem fidei catholice specialius astringimur et pre ceteris mundi principibus eiusdem fidei cultoribus fortius obligamur. Et licet tam nephande scelus infamie sit in omnibus reprehensibile ac dampnosum, in religiosis tamen eo reprehensibilius dinoscitur, quo magis splendore vite debent esse speculum aliis et exemplar. Sane quia de premissis ad sedem apostolicam, cuius interest de scismatico vel heretico facinore perscrutari et inquirere providentia diligenti, clamor accessit validus, prout refferunt scripta vestra, nostre sollicitudinis partes per viam correctionis interponere curabimus, si dicti religiosi inveniantur culpabiles extitisse, cum ex parte sedis eiusdem moniti et requisiti fuerimus, et quicquid nobis super hiis predicta sedes in-iunxerit, exequutione fideli curabimus observare.

Dat. in Nuremberg, Id. Ian., regni nostri anno decimo¹.

2.

(f. 235) A tres haut, tres noble et tres puissant prince son tres chier segneur monseigneur Philippe par la grace de Dieu roi de France Jehan par celle meesme grace duc de Lothr(aigne), de Brebant et de Limboursch tant de honeur, reverence et service, comme mander li peut, avesques salut.

Tres chier sires, nous faisons savoir a vostre hautece, que nous avons bien entendu ce que mande nous avez endroit de la besoingne des Templiers. Si respondons a vostre segnourie, que nous avons pris les Templiers demouranz en nostre terre et les tenons en nostre prison et leurs biens sont mis en arrest, tout ainsi comme mande le nous avez. Tres chiers sires, se il vous plect chose que nous puissions faire, si le nous veuillez mander, et nostre sires soit garde de nous.

Escrit a Bruxelles, le Mardi apres la feste s. Catherine².

3.

(f. 235') Magnifico principi domino suo domino Ph. regi Francorum amico suo carissimo Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per

1) 1308 Jan. 13. 2) 1307 Nov. 28. N. 2 nach gütiger Abschrift von A. Vidier. Schon gedr. Boutaric a. a. O. p. 162 n. 24.

Ytaliam archicancellarius, cum incremento continuo prosperorum successuum servitium indeffensum^a.

Super hiis, que vestra nobis declaravit litteris excellentia, vestre magnificentie duximus respondendum, quod sumus et semper esse volumus memores beneficii vestri nobis apud dominum nostrum summum pontificem existentibus exhibiti, ad vestra servitia expositi benigni et parati, ea que exhibitor presentium nuntius vester nobis exposuit, ad laudem et gloriam vestram loco et tempore se ad hoc offerentibus adimplere per effectum operis affectantes. Et non solum in hiis, set in omnibus nobis possibilibus nobis precipiat vestra sinceritas confidenter. Nam petitio vestra semper nobis esse debet iussio et mandatum. De quo vobis sit indubitabilis certitudo.

Datum Bunne, in vigilia conversionis beati Pauli¹.

Cetera lator, cui credat vestra excellentia nostro nomine tanquam nobis.

4.

(f. 235') Serenissimo ac illustrissimo principi domino suo dilectissimo domino Ph. Dei gratia Franc(orum) regi prepotentissimo Th. eadem gratia Leodiensis episcopus votive dilectionis affectum cum omni reverentia et honore.

Noverit vestre sublimitas maiestatis, nos vestras litteras tam primarias quam secundarias de negotio illo tam admirabili fratrum nuncupativorum militie Templi recepisse sub anno nativitatis Domini MCCC septimo, feria secunda² advesperascente ante purificationem beate Virginis, quas anticipasse cupivissemus. Scituri quod ipsi fratres pauca obtinent sub ditione nostra. Attamen pro catholice religionis sustentatione super hiis quantum poterimus et prout ad nos pertinet toto conamine et mentis ardore, avido cordis affectu libentissime curabimus exercere tanquam fidei christiane diligentissimi cultores. Verumptamen a sanctissimo patre et domino nostro summo pontifice nullum adhuc super hiis accepimus mandatum. Valeat apex dominationis vestre per secula sempiterna.

Dat. in castro nostro Hoyen(si), anno et die predictis.

5.

(f. 236) Excellentissimo ac inclito principi domino nostro reverentissimo Ph. Dei gratia Franc(orum) regi Ge-

a) So Hs.

1) 1308 Jan. 24.

2) 1308 Jan. 29.

rardus comes Iuliacen(sis) eius fidelis se et sua ad edicta regie maiestatis.

Litteras vestre celsitudinis nobis per Iohannem dictum de Thenis vestrum clericum ex parte vestra super Templariorum factis et processibus destinatas recepimus. Quibus sanius intellectis vestre dignitatis excellentie duximus significandum, quod secundum regale mandatum contra dictos Templarios et eorum sectam iuxta posse nostrum, prout nobis subsunt, in locis quibuslibet procedemus. Valeat et vigeat vestra regia magnitudo, que nobis precipiat ad quecunque¹.

6.

(f. 236) Serenissimo et superillustri principi domino Ph. Dei gratia Franc(or)um regi Guido eadem gratia episcopus Traiectensis capellanus eius devotus se ipsum cum debite devotionis affectu.

Litteras celsitudinis vestre, per quas nobis scribere dignebamini de execrandis et flagitiosis erroribus Templariorum, noverit nos vestra excellentia recepisse. Super quibus nimirum ob zelum fidei christiane multum fuimus contristati. Et si iidem Templarii, qui in terminis nostris domos non habent, apud nos degerent, nos ad deffendum et exstirpandum errorem huiusmodi dampnabilem parati essemus exurgere, ut tenemur. Bene et semper valeat vestre magnificentie celsitudo et nobis ut capellano suo devoto precipiat confidenter.

Dat. apud Middelburgh, die dominica post Lucie virginis².

Beilage V.

Kleinere Mittheilungen.

1. Besançon.

Zu N. A. XXVIII, 489 habe ich zu berichtigen, dass es sich bei dem Consens von 1291 Mai 24 natürlich um einen Willebrief Otto's von Brandenburg (nicht Braunschweig) handelt. Ich gebe das Protokoll: 'Nos Otho Dei gracia Brandenburgensis marchio quondam filius pie memorie Othonis marchionis Brandenburgensis' und die Datumzeile:

1) Ohne Datum. 2) 1307 Dec. 17.

'Datum et actum apud Franzenbourt, nono Kalendas Iunii, anno Domini MCC nonagesimo primo'.

2. Lille.

Im 'Petit cartulaire de Valenciennes' B. 1588. 1589 der Archives départementales von c. 1300 finden sich u. a. Suppliken an den Papst in den Flandrischen Angelegenheiten, denen Aktenstücke beigegeben sind. So fol. 1 die Sentenz Rudolfs von 1291 Juni 20 (Constit. III, 452 n. 466) und eine entsprechende Petitio. Fol. 3 findet sich dann:

Factum habitum in curia regis Alamanie pro comite Haynonie contra Guidonem comitem Flandrie et vassallos in dicto facto nominatos.

Consuetum est in regno Alamanie et per principes et magnates diffinitum sententialiter, quod omnes principes, nobiles et ministeriales imperii, qui principatus et feuda sua infra annum et diem requirere et relevare a rege Rom(anorum) confirmato per summum pontificem et consecrato ac prout moris est apud Aquis coronato contumaciter neglexerint vel ab eodem rege viva voce vel per nuncios et litteras infra sex septimanas et tres dies moniti dicta feuda non receperint a dicto rege, quod omnia illa feuda et principatus sibi vacant extunc et ex illis potest disponere secundum quod sibi placuerit, ea sibi retinendo vel in feudum aliis concedendo. Contigit autem, quod nobilis mulier Margh(areta) comitissa Flandrie et Haynonie plura tenens feuda in imperio infra annum et diem, licet super hoc monita et requisita fuerit, ea neglexit contumaciter requirere et recipere a rege Willelmo. Rex vero u. s. w.

F. 5 notiere ich ferner:

Factum super terra de Ostrevant.

A tempore a quo non extat memoria terra de Ostervant integraliter cum omnibus pertinenciis suis et, prout indigene et locorum ipsius terre habitatores recolunt et asserunt, habita est et haberi consuevit notorie ac publice de regno Alamanie sive de imperio u. s. w.

3. Modena, Archivio di Stato.

1281 Aug. 24 König Rudolf, Reg. imp. VI, 1377. 2 Originale, eines der Kanzlei, eines von Empfängerhand mit grün und gelben Seidenfäden. In dem der Kanzlei lauten die bestätigten Besitzungen: 'videlicet Estum, Cha-

laonum, Serrum, Baonum, Soleghinum, Villam cum eius curte, Montagnanam, Miiadinum, Urbanam, Merlara, villam que vocatur Plagenza, Choloniam cum eius curte, villam Saleti, Casale, Vighezolum, comitatum Rodigii, Adrium et Adrianum'.

1281 Aug. 24 derselbe, Reg. imp. VI, 1378. Or., das jedoch gelegentlich nochmals auf Kanzleizugehörigkeit geprüft werden muss.

1285 Nov. 1 derselbe, Reg. imp. VI, 1946. Es finden sich 3 Originale (alle nicht aus der Kanzlei), sowie über 10 Transsumpte. Die 3 Originale sind von gleicher Hand, wohl des Empfängers, und liegen 'Lendenara' n. 15. 20. 22. Inv°. 1545. N. 15 trägt noch gelb und grüne Seidenfäden. Bei n. 20 und 22 ist 'per manum magistri Wilhelmi de Rode imperialis aule notarii de mandato ipsius domini regis Romanorum' von gleicher Hand, doch mit dunklerer Tinte und anderem Ductus nachgetragen. N. 15 hat 'Guilhelmi'.

1323 Oct. 14 Ferrara. Notariatsinstrument. Procuratorium für ser Albertinus a Bobus notarius, die Bestätigung der Privilegien zu erbitten und 'ad promittendum fidelitatem et ea, ad que huiusmodi vasalli de iure et ex consuetudine feudorum astricti sunt, et fidelitatis sacramentum prestandum et subeundum in singulis eius capitulis et cuiuslibet alterius generis sacramentum'. (A 77).

1324 Oct. 21 König Ludwig, Böhmer, Reg. 3226. 2 Kanzleioriginale F 41 und F 51. Von der Besiegelung nur noch die Löcher.

4. Paris, Bibliothèque nationale.

In Cod. lat. 4350 (Colb. 4467) die 'Allegacio domini pape Bonifacii pro confirmando rege Romanorum Alberto', die Niemeyer 'Albrecht I. und Bonifaz VIII.' S. 114 ff. abdruckt, habe ich neben andern Stücken der Hs. nochmals verglichen, nicht ohne guten Erfolg, obwohl Herr Dr. W. Norden die Collation bereits zweimal ausgeführt hatte (vgl. Niemeyer a. a. O. S. 111; er liest u. a. 'regno sancto Romanorum' für 'regno scilicet R.'); namentlich a. a. O. S. 118 N. b hat sich Norden gänzlich versehen.

5. Paris, Archives nationales.

In den handschriftlichen Inventaires findet sich unter J. 704 n. 182 ein Brief Clemens' V. an König Philipp, der

jetzt en déficit ist, — wahrscheinlich von 1311 März 4, denn von diesem Tage datiert der noch ungedruckte Brief an Heinrich VII., der von den gleichen Angelegenheiten handelt, der den an Philipp zu sendenden Brief erwähnt und den ich an anderm Orte veröffentlichen werde — mit folgendem Regest: 'Bulle du dit Pape au Roy touchant le traité d'alliance qui devoit estre fait entre le Roy des Romains et l'hommage que devoit faire le duc de Bourgogne, anno 6 sub plumbo'. S. oben S. 629 Anm. 1.

Zu Ernst Voigt 'Reichspolitik Balduins von Trier' S. 88 Anm. 5 bemerke ich, dass die beiden Urkunden Herzog Heinrichs von 1333 Dec. 7 und König Johanns von 1334 Febr. 15 (J. 432, 4 und 5) von der gleichen Hand der französischen Kanzlei oder der Kanzlei Johanns geschrieben sind. Die Datumzeile der Urkunde des Herzogs ist gleichzeitig eingetragen. Links hängt das verletzte Siegel Heinrichs am Pergamentstreifen; in der Mitte, so dass dessen Pergamentstreifen durch die Plicae beider Urkunden geht, das weniger verletzte Siegel Johanns. Johann hat also Heinrichs Urkunde erst am französischen Hofe besiegelt.

6. Turin, Archivio di Stato.

Zu N. A. XXVIII, 493: Während Rudolfs Diplom von 1285 Juli 12 in der königlichen Kanzlei geschrieben ist, sind die Originale von 1286 Juli 24, 1297 Mai 11 und Mai 13 alle von der gleichen Hand, also in der Kanzlei des Empfängers geschrieben. Man sieht zudem noch den Eindruck der rothen Schnüre. Das Merkwürdigste bleibt der Fehler und die Rasur in der Datumzeile von Adolfs Urkunde von 1297 Mai 11¹, die lautet: 'Dat. Colonie, V. Ydus Maii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, regni vero nostri anno sexto'. 'ctu' stehen auf Rasur. Offenbar hat eine der Urkunden Rudolfs mit vorgelegen und die Verschreibung bewirkt.

N. A. XXVII, 718 n. XVI habe ich nochmals collationiert; es muss heissen: 'gwerrarum', 'comes pro se', 'necnon et turri', 'Wimpina', 'ind. XII'.

A n h a n g.

Schon 1898 habe ich mir im Vatikanischen Archiv Schreiberverse notiert, die sich rückwärts auf einem Notariatsinstrument von 1311 finden. Das Pergamentblatt,

1) In verso: 'privilegium regis Alemannie super conductu Cletarum'.

ein beliebiger, Canonicate der Diöcese Breslau betreffender Act, hat unter Johann XXII. oder Benedikt XII. als Umschlag für eines der Schatzverzeichnisse gedient, die nach Clemens' V. Tode entstanden waren. Sie sind bekannt und befinden sich noch alle im Vatikanischen Archiv in einem der Collectorienbände. Die betreffende Aufschrift auf dem Pergamentblatt, die zum Theil sehr verwischt ist, lautet: 'Liber thesauri Romane ecclesie [tam] de tempore domini Clementis quam etiam [portati]¹ de Perusio, ultimo consignati domino A. episcopo Albanensi sedis apostolice camerario in Carpentorato, apostolica sede vacante'. Stellt man die Faltungen wieder her, die das Pergamentblatt vom Buchbinder erhielt, so sieht man, dass jene Schreibereien hinten auf den Innendeckel eingetragen worden sind, als der Band längst gebunden war: auf den oberen Falz ein Recept für Tinte: 'Ad faciendum incaustum. Recipe z. 1 gummi arabici et de vitriolo totumdem et z. 1 cum med. gallarum'; auf den unteren Falz folgende Versreihen:

(1. Spalte)

§ Monstruosa res est gradus summus et animus infimus.
Sedes prima, vita yma. lingua magniloqua, manus ociosa.
Sermo² multus, actus nullus. vultus gravis, actus levis.
Ingens auctoritas, nulla stabilitas.

§ Meretrix cum videtur amica, surgit in hostem, demolitur hominem.

Totam depredatur mentem, animam inebriat, statum mentis effeminat.

Bursam² evacuat, corpus enervat, animam commaculat.
Famam perdit, proximum offendit, Deum amictit.

(2. Spalte)

§ Virgo Deum peperit, sed si tu quomodo queris,

§ Non est nossce meum, sed scio posse Deum.

§ Nunquam natura mutavit sic sua iura,

§ Ut virgo pareret, ni virginitate careret.

§ Ut virgo pareret, ni virginitate careret.

Hier versagten dem Verskünstler Reime und Gedanken.
Die Schrift weist auf die Zeit nach 1330.

1) Unsicher. 2) Hierzu am Rand: 'no'.

Eines ist nun sicher, als der Dichter hinten in den Band seine Verse einkritzelte, wusste er nicht, dass er auf ein Notariatsinstrument von 1311 Mai 12 schrieb; denn der Umschlag wurde erst im 18. Jh. von dem Bande wieder gelöst, als man die Collectorienbände in die jetzigen Einbände band. Es ist also gänzlich unsicher und wird es immer bleiben, auf wen sich jene Verschen beziehen sollen, sowohl das erste vom Gegensatz zwischen hoher Würde und niederem Gebahren, wie das zweite, das von der Buhle handelt. Will man überhaupt directen Bezug zugestehen (was ich nicht thue), so bleibt immer noch fraglich, ob in den ersten 4 Versen auf einen Papst gezielt ist, und vor allem auf welchen der langen Reihe bis Benedikt XII., an den der Schreiber momentan gedacht haben könnte.

Jedenfalls aber ist es gänzlich ausgeschlossen, die Verse zu verwerthen, wie das jüngst geschehen ist. J. Haller nämlich 'Papstthum und Kirchenreform' I (1903) S. 44 Anm. 4 schreibt zur Frage der Würdigung Clemens' V.: 'Wohl die nächst Dante schärfste Kritik hat ein Unbekannter auf die Rückseite einer Urkunde (1311, 12. Mai) geschrieben, die an der Curie liegen geblieben ist und heute im Vatik. Archiv (Instr. Miscell. 1310/11 n. 12) ruht'. Und nun folgen die Verse 'Monstruosa — stabilitas'. Diese Annahme, so reizvoll sie erscheinen mag, muss als übereilt zurückgewiesen werden.

Nachtrag.

Zu S. 628 Anm. 1 ist folgendes nachzutragen. Eine von Seite der Direction des Kgl. Preussischen Historischen Instituts angefertigte Photographie vom Schluss des Briefes Clemens' V. hat ergeben, dass es nahezu ausgeschlossen ist, dass das Original vom Cardinalkämmerer eigenhändig geschrieben sei, da es reine Kanzleihand ohne jede Spur von individuellerem Charakter zeigt. Es wird also Sache der Papstdiplomatik sein, uns für das 'propria manu scripsit' eine andere plausible Erklärung zu geben.

Rom, Weihnachten 1903.

J. S.
